



39.







70 29.

*Q. D. B. V.*

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA  
EXHIBENS

# PALPITATIONIS CORDIS

PATHOLOGIAM ATQVE THERAPIAM,  
QUAM,  
IN ALMA AC PERANTIOVA HIERANA  
RECTORE MAGNIFICO VNIVERSITATIS  
AC PRO - CANCELLARIO,  
REVERENDISSIMO ET PER - ILLVSTRI DOMINO,  
DOMINO

## CHRISTOPHORO IGNATIO DE GVDENVS, EPISCOPO ANEMORIENSIS,

EMINENTISS. ARCM. EPISCOPI, ET PRINC. ELECT. MOGVNT. PER THVRINGIAM,  
HASIAMS ET EICHSFELDIAM IN PONTIFICALIBVS VICARIO GENERALI, CON-  
SIL. ECCLES. SIGILLIFERO ET SVFRAGANEQ ERFORDIENSI, J. V. D. INSIGN.  
ECCLES. COLLEG. AD S. SEVER. CAN. CAP. ET SCHOLAST.

CONSENSV ATQVE AVTORITATE GRATIOSI MEDICORVM  
ORDINIS  
SVB PRÆSIDIO

## DN. HIERONYMI Luddolfi

PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS,  
CONSILIARII ET ARCHIATRI ELECT. MOGVNT. FAC. MED. ET PHILOS. ASSESS.  
ORDIN. N. N. CHTMIA ET MATHEM. PROF. PVBL.  
DOMINI PARENTIS ET PRÆCEPTORIS SVI OMNI FILIALI AMORE  
ATQVE HONORE NVNQVAM NON PROSECVNDI,

### PRO LICENTIA

SVMMOS IN ARTE MEDICA SALVBERRIMA HOHORES AT-  
QE PRIVILEGIA DOCTORALIA MORE RITVQE MA-  
JORVM SOLENNI CONSEQUENDI,  
PVBLICO ERUDITORVM EXAMINI ATQVE VENTILATIONI TRADET

AVTOR ET RESPONDENS

## HIQBVIS PHILIPPVS Luddolfi Errfurt. Philos. Mag.

DIE VII. JANVARII ANNI M DCC XXVII.  
IN AUDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS HORIS CONSVENTIS.

## ΙΕΡΟΠΟΙΗ

ИМЯ ОЧЕНЬ ДОБРЫЕ

ANSWERING TO THE CHIEF  
OFFICERS OF THE GOVERNMENT.

PER-ILLVSTRI AC GENEROSISSIMO  
DOMINO,  
DOMINO  
**GEORG. MELCHIORI**  
**DE LVDOLFF,**

SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS ET TOTIVS  
SACRI ROMANI IMPERII JUDICII CAMERÆ,  
QVOD WETZLARIÆ FLORET, ASSESSORI  
SPLENDIDISSIMO, EXCELLEN-  
TISSIMOQVE,

DOMINO SVO PERQVAM  
GRATIOSO,  
ET COGNATO SVPREMO.

**V I R O**  
*NOBILISSIMO ET CONSULTISSIMO*  
**D O M I N O**  
**CONR. LVDOLFFO,**  
SERENISSIMI AC POTENTISSIMI DANARVM REGIS  
MONETARVM CVRATORI ET PROBATORI,  
**PATRVO SVO MAGNO HONO-**  
**RATISSIMO,**  
**A T Q V E E BAPTISMATIS FONTE VSCEPTORI**  
**BENIGNISSIMO,**

**N E C N O N**  
**V I R O**  
*NOBILISSIMO, AMPLISSIMO ET CONSULTISSIMO*  
**D O M I N O**  
**JOH. WILHELMO**  
**LVDOLFFO,**  
*J. V. DOCTORI CELEBERRIMO,*  
LAVDATISSIMI IMPERIALIS JUDICII CAMERÆ WETZ-  
LARIENSIS ADVOCATO ET PROCVRATORI EXIMIO  
**A T Q V E G R A V I S S I M O ,**  
**PATRVO SVO COLENDISSIMO**  
**E T P A T R O N O A C F A V T O R I E X I M I O ,**

PARITER ATQVE  
**VIR O**  
NOBILISSIMO ATQVE EXPERIENTISSIMO  
DOMINO  
**CHRIST. ADOLPHO**  
**LVDOLFFO,**

PHILOSOPHIÆ ET MEDICINÆ DOCTORI ET PRACTI-  
CO TRANTENANENSI FELICISSIMO,  
PATRVO SVO ITIDEM COLENDISSIMO,  
NEC NON  
PATRONO ET FAVTORI EXIMIO.

ET DEMVM  
NOBILI ET DOCTISSIMO  
DOMINO  
**HIERON. LVDOLFFO,**  
PHILOSOPHIÆ ET J. V. STVDIOSO, ET FRATRI  
GERMANO DILECTISSIMO,  
SINGVLIS NATIS ERFVRTENSIBVS;

Sub felicissimis novi anni auspiciis  
Supremum omnium donorum bonorum fastigium,  
Perennantem nimirum sanitatem,  
nec minus

Exoptatissimum Consiliorum & Negotiorum successum  
pariter atque  
Summam ac Eminentissimam pro Voto, Desiderio & Meritis cuius-  
eunque Felicitatem ac Prosperitatem ulteriorem, cum deside-  
ratislimis bonis ac donis, & speciatim Fratri suo Germano  
felicem in studiis suis successum  
precatur.

Ac sumul iisdem  
Dissertationem Suam Inauguralem Medicam,  
**DE PALPITATIONIS CORDIS**  
PATHOLOGIA ET THERAPIA,

In probatissimum <sup>TEKMONÍON</sup>  
Submississimæ devotionis & subjectionis erga  
alte memoratum

DN. DN. ASSESSOREM,

In Signum evidenterissimum Venerationis filialis erga antea Laudatos  
Cognatos, Dominum Patrum Magnum & Susceptorem,  
n. n. Patruos suos omni honoris  
cultu excipiendo,

& tandem

In testimonium amoris erga Fratrem suum,  
qua decet Observantia ac Reverentia,  
Subjectissima, Devotissima, Decentissima, Deditissima  
& fraterna


Dat, Dicat, Dedicat & Consecrat

Per Illustris ac Generofissimi DN. DN. ASSESSORIS,  
Domini sui per quam Gratioli

humillimus & devotissimus Servus  
& Client,

Honoratissimorum Dominorum Patrui Magni & Patruo-  
rum perpetuus Cultor

& Fratris Amandi fidus Frater  
**AVTOR ET RESPONDENS.**




*Q. D. B. V.*

CAP. I.

PHYSIOLOGICAM CORDIS PERTRA-  
CTATIONEM EXHIBENS.

§. I.



Um in praesentiarum *Cordis Palpitatio-*  
*nem pertractandam & pro viribus*  
*perspicue explanandam mihi sumse-*  
*rim, maximie visum fuit, generalia*  
*quædam fundamenta, Physiologica*  
*quidem, hacce de materia delibare,*  
*præprimis quæ partem Principalem af-*  
*fæctam, *Cor*, respiciunt, ubi tractan-*  
*dum mihi erit, quomodo *Cor* in statu na-*  
*turali sit constitutum, ubi ejus sit situs, quali fungatur munere in*  
*Machina Nostra, quæ omnia patet, quando Definitionem*  
*genuinam *Cordis* positurus sum. Certum enim est, & in arte*  
*Therapeutica, quanta quanta etiam sit, semper exper-*  
*tum, quod bene distinguens bene doceat, consequenter*  
*etiam bene curet; Nam si bene distinguere consistit hic*  
*in genuina & bona cognitione morbi facta, ad quam co-*  
*gnitionem nostri morbi eo melius perveniendam, utram-*  
que

A

que

que sere absolvet paginam, quando statum *Cordis Naturalem*  
P. N. præmitto.

§. II. *Status autem Cordis Naturalis ex nullo alio fonte erit percipiendus, quam ex Anatomicis; Anatomia enim in Medicina tanta utilitas, tantaque necessitas est, ut sine hac Medicus semper in tenebris versetur, & re ipsa nomine Medici indignus judicetur.* Ex Anatomia igitur patescit *Cor esse partem Organicam musculosam, in Thorace sitam in pericardio contentam, Arteriis, Venis, Nervis, Musculis, Auriculis, binisque Ventriculis atque undecim valvulis predictam, ad Circulationem sanguinis, ipsamque Sanguificationem rite instituendam, Corpori humano concessam.* En igitur Constitutionem *Cordis Naturalem, Situm, illiusque Munus in corpore!* quæ omnia in definitione præposita continentur.

§. III. *Cor igitur, quoad primum, invenitur Substantia esse Musclosa:* *Cor esse Musculum negant multi, dicentes: Musculum esse partem Corporis Organicam motui animalis Voluntario dicatam.* Conf. Tab. Anat. Welschii, Job. Riolan. Enchirid. Anat. § Patholog. p. 83. Chirurg. Berberr. p. 444. § Thom. Bartholini *Anatomia p. 34. de Musculis,* pariter ejusmodi conditionis Muscularorum definitionem tradit, hinc preffo pede sequitur, quod, hac posita Muscularum definitio ne, non possit affiri, *Cor esse Musculum;* Certum namque est, & experientia confirmatum, quod Cor prater voluntatem nostram & nobis nolentibus volentibus moveatur, sicque statim concludunt, quia motus adeat involuntarius, *Cor non esse Musculum ipsum, sed tantum compaginem muscularum minorum.* Vid. Tab. XLII. supra dicti Welschii. Alii iterum dicunt, quod cor constet & compositum sit ex Musculis, non autem dicere volunt, quod *Cor ipsum sit Musculus.* Conf. Celeb. Eyselii Compend. Physiol. sed, quando hanc rem intimius paulo perpendo, statim apparet, quod contradictionem involvat, statuere, *Musculos cordis motorios,* & tamen motui involuntario dicatos, nam *Musculi cordis movent, prater nostram Voluntatem.* Sequitur hinc, Definitionem talem Musculi minus genuinam esse, quia non convenit omnibus muscularis in corpore nostro

stro existentibus. Alii hanc rem probe inspicientes, aliam & meliorem definitionem Musculi suppeditant v. gr. *Gerardus Blasius in Anat. Contract. pag. 19.* sic definit: *Musculus est Motus partis praecipuum instrumentum; quæ definitio omnibus Musculis recte competit.* Sunt alii, qui dicunt *Musculos* debere constare ex *Capite, Cauda & Ventre*, sive secundum verba memorati *Barthol. p. 38.* *Musculus* dividitur in *principium, medium & finem;* Sed quia hoc de *Corde* non potest dici, concludunt, *etiam non esse Musculum;* Hæc tamen Conclusio non valet, quia dantur alii Musculi in corpore nostro, v. gr. *Sphincter Ani & Vesicæ, quæ Capite, Cauda & Ventre non gaudent, & tamen sunt Musculi, & vocantur Orbicularis.* Qualem sententiam confirmant quoque Varii Autores, imprimis *Hippocrates & Galenus,* quorum sententia in eo consistit, ut statuant; quod *Cor sit Musculus sui generis.* *Musculus κάρπα ιχυός,* ut vocat *Cous l. de corde c. 4. t. 2. Conf. Celeb. Wedelii Physiol. Reform. p. m. 48.* Hoc videmus etiam in *Lowero Tr. de Cord. p. 132.* *Stenonius, de Glandulis & Musc. it. in specimine muscularum Geometrico,* Cor esse Musculum ex totius structura & fibrarum fabrica demonstravit, multis argumentis, quo de legi meretur *Memorat. Barthol. de Thorace pag. 361.*

§. IV. Quod attinet ad situm *Cordis*, notandum quod in medio Thorace ejus sit situs, Figuræ est piniformis, nonnulli comparantur pyramidì inversæ, secundum *Thom. Barthol.* est Conoidalis, quia in Mucronem exit. Pars Superior & latior dicitur basis *Cordis* sive *Radix.* Pars infra acutior dicitur *Conus, Mucro, Vertex, Cuspis & Apex Cordis;* involvitur *Pericardio,* tanquam fæculo. Fufior tractatio & explicatio si desideretur hac de materia, potest legi *Riol. de Corde p. 219. & Th. Barthol. p. 355.*

§. V. Pauca quædam ratione Muneris & officii *Cordis* in corpore nostro esse addenda judico, quia de hacce materia diversi Autores diversam proferunt sententiam; Sunt, qui putant *Circulationis Sanguinis gratia Cor esse;* Sic *Welschius in Tab. XLII. de Corde* dicit. *Est Compages muscularum mi-*

minorum, Circulationi sanguinis dicatorum. Sane parvi & exigu momenti Munus, quo fungatur Cor, quali reliquæ arteriæ & Venæ quoque gaudent, nam sunt etiam Circulationi Sanguinis dicatae; Hinc cordi non essent impo nenda alia altioris indaginis synonyma v. gr. Sol Microcosmi, Radix & Thesaurus Vitæ, & sicuti Riolanus de Corde scribit: *Cor est Viscus primarium & nobilissimum totius Corporis, sons Nectaris Vivifici, cuius influxu vitalitas singularium partium recreatur atque fovetur; quod primum nascitur, & ultimum moritur: cuius beneficio vivunt & subsistunt omnes corporis partes.* Hinc majori omnino munere gaudet Cor, quod secundum meam Cordis definitionem in §. II. positam consistit in *Sanguificatione & Circulatione sanguinis.* Duplex igitur est Usus, Sanguifikatio & Circulatio; Sunt, qui Sanguificationem in Corde fieri negant, putantes; Cor, ipsique annexa vasa se pure passive habere, & locum saltem his liquoribus pro motu & transitu meliori concedere: dum nimirum Chylus in receptaculum commune, & ex hoc in Ductum Thoracicum delatus, cum sanguine in venis axillaribus, sensim sensimque subigitur, ubi statim adest principium sanguificationis, & tandem successive alteratur, ac Spiritu Vitali impragnatus, in sanguinem mutatur, qua actio, speciatim sanguifikatio, per continuum motum, tam progressivum, quam localem & agitationem cum M. S. absolvitur, & exinde Sanguificationem non esse actionem Organicam, sed saltem pure similiarem, adeoque proprie loquendo nullum corporis viscus organorum sanguificationis nomen mereri, concludunt, & sic porro, uti *Charleton in Oeconomia Animali p. 51.* & speciatim *Glyssonius in Anatome Hepatis* habet.

§. VI. Hæc omnia speciem veritatis præ se ferunt, & verum quidem est, quod sanguifikatio per continuum motum & circulationem per arterias & venas instituatur & absolvatur, sic recte aliqua limitatione opus habet sententia præsens, nimirum, quod ista sanguifikatio, qua in Corde instituitur, non sit in sensu rigoroso s. Philosophico

co accipienda & arripienda, non proprie, quod nimirum omni ex parte perfecta & absoluta sanguificatio in Corde instituatur, sed tantum improprie, quatenus in Corde sit intimior mixtio & mutatio particularum Salinarum & chylofarum cum particulis purpureis, volatilibus & sulphureis; Porro in Corde Sanguificatio sit Magisterialiter, Ministerialiter in Hepate, Liene, & altis Visceribus depuratoriis s. cohabitib, secundum verba Celeberr. Wedelii in Patholog. Medic. dogm. p. m. 510. & quia M. S. ex dextro cordis Ventriculo ad Pulmones per arteriam Pulmonalem s. Venam arteriosam transit, tunc etiam maxima mutatio fit in illis ab aere inspirato. Hanc igitur insignem mutationem & Chyi in sanguinem conversionem in Corde fieri, vocamus sanguificationem, qua autem sufficienter absolvitur in Arteriis & Venis.

§. VII. Haec autem intimior mixtio particularum salinarum & oleoso-sulphurearum absolvitur atque perficitur in Corde, mediante motu, s. pulsu, constrictorio & dilatorio, in quo vita sanitasque consistit, nimirum in Systole, & Diastole, quorum primus sive Systolicus, est proprius sic dicta cordis actio, secundus autem sive Diastolicus est passio cordis, secundum Riolanum p. 219. cum excipit, dilatatur, dum expellit, contrahitur; Modus autem fieri sive ratio, quare cor pulset, ita procedit, nimirum Sanguis per Venam Cavam intrat in dextrum cordis Ventriculum, & distendit atque irritat fibrillas cordis, qua distensione & irritatione facta fluidum in nervis contentum sammus activum in motum excitatur, ut deinde se se contraheant, sanguinemque propellant, & sic Circulationem per totum Corpus instituant. De ulteriori vero Cordis Usu, quod nimirum Anima sit sedes, nihil æque certi & indubitati dici potest; sufficiat modo hoc scire, quod Anima sit in toto Corpore & in qualibet sui parte.

§. VIII. Et haec sufficient, pro scopo nostro obtinendo, nimirum pro explicanda Physiologica, sive quod idem est, Naturali constitutione Cordis; Ulteriore & fusiorem si quis desiderat

desideret hacce de parte nobilissima Corporis humani con-  
federationem atque explanationem, placeat evolvere supra  
allegatos Anatomicos Celeberrimos, quibus hanc rem re-  
linquo, & nunc Pathologicum Cordis statum in me suscipio,  
pro viribus evolvendum & explanandum, & quidem in  
specie ad Thema præsens exhauiendum, necesse erit, ut  
inquiram, qualis sit status præternaturalis in præsenti affectu,  
nimur Palpitatione Cordis, & quomodo describendus sit, quibus  
Causis, tam immediatis, quam etiam mediatis & procatarepticis  
ortum suum upplurimum debeat, ut eo melius etiam hujus  
morbi Therapia suppeditari queat.

## CAP. II.

PALPITATIONIS CORDIS PATHOLO-  
GIAM PROPONENS.

## §. I.

**P**Ertractato statu Cordis Physiologico, ad Patholo-  
gicum nunc quoque deveniamus necesse erit,  
quia sine hac pathologica consideratione Therapia  
præsentis nostri affectus est manca atque inutilis, in qua  
Pathologica consideratione delibanda venient varia ad  
statum P. N. pertinentia, nimur 1) *Morbus ipse*, ubi defini-  
tio istius erit ponenda genuina, 2) *Varie cause*, & tandem  
3) *Varia Symptomata & affectus*, ex quibus tam *Diagnosis* quam  
*Prognosis* Palpitationis Cordis insituti rite queat.

§. II. In genere autem notandum est, quod *lesiones Cor-*  
*dis variae possint existere*. Aliæ sunt magis *Externae* & sunt a  
Causis externis; Aliæ sunt magis *interna*e, & sunt magis a  
Causis internis. Aliæ iterum *Læsiones* sunt, quæ *Substan-*  
*tiam ipsam partis hujus Nobilissime concernunt*, Aliæ; quæ *san-*  
*guinem in hac contentum*, & iterum Aliæ; quæ *Motum Cordis*  
*respicunt*. Externæ Cordis læsiones sunt, quando *Vi &*  
*impetu instrumento aliquo pungente* i. scindente exte-  
riores partes Cordis, ut pericardium, laiduntur atque affi-  
ciun-

ciuntur; Ulterius ob consensum Nervorum in aliis morbis v. gr. in Cardialgia, Apoplexia, Vomitu, Cephalalgia & sic porro, cor afficitur & in motu suo plus minus impeditur. Porro ad externas quoque Læsiones Cordis referuntur Vermes in Pericardio geniti, qui affectus admodum rarus est, & paucis, & fere nulli cognitus; Interim tamen *Salius* observavit tales Vermes & *Riolanus* afferit Exemplum Angli cuiusdam, cui Cor erosum fuit a Vermie, qualem Historiam legere est apud *Aurelium Severinum*. Conf. *Riol.* p. 326.

§. III. Læsiones, quæ fiunt magis internæ, sunt omnia in Corde ejusque Ventriculis p. n. reperta: Sic v. gr. *frustulum adiposum*, *Paulinus*, & *Wormius* *Carunculas* *quasdam interius albantes*, *exterius rutilo colore emergentes*, invenerunt, qua de re legi merentur *Historiae Rariores* *Thom. Bartolin.* Ubi etiam Exempla exhibit eorum hominum, qui *polypo Cordis* laborarunt, & ossa atque Cartilagines in Corde interdum se invenisse affirmat. Quæ etiam *ipsam Cordis substantiam* proprie concernunt, hic trahenda sunt, in quarum Classem pariter referuntur *Vermes* & *Lapilli* in ipsis Cordis ventriculis geniti atque producti, *excrecentie varie verrucales* cordi vel pericardio adnatae. Morbi porro, qui ipsam substantiam Cordis respiciunt, sunt, quando Cor, quoad calorem suum nativum sit intemperatus, & inclinet vel ad temperamentum potissimum frigidum, vel ad nimis calidum, seu habitu innato sive acquisito, exinde sanguificatio rite peragi in Corde nequit, hincque particulatum serofarum in sanguine pariter atque siphurearum & terrestrium generationi, & in genere, quoad prius, *Cachexia* & quoad posterius, affectui icterico vel flavo vel nigro, vel etiam ipsis febb. ardentibus & acutis, ansa prabetur certissima, Conf. *supra laudat. Wed. Pathol. Cap. De Symptomatibus Cord. & Pulmonum.* Ulterius substantia Cordis proprie afficitur, in istis tristissimis affectibus, ninirum *Hecticæ* & *Hydrope* cordis, qui sane atrocitate sua non unum è medio sustulerunt, quorum primus Energiam atque modum ope-

operandi in eo exhibet, ut Cordis fiat consumtio & de-  
pascientia, fibrarumque motricium & fermenti Vitalis &  
cum Veteribus, siamulæ vitalis extinctio, seu sensim  
sensimque resolutio, a defectu Lymphæ seu chylosæ mate-  
riæ nutrientis, proveniens; hinc etiam alii autores voca-  
runt *Tabem, Marasnum, languorem & consumtionem Cordis.*  
Alter autem ejusmodi Naturam induit, ut abundet p. n.  
aqua in pericardio: Notum enim est ex Anatomicis, sem-  
per sufficientem quantitatem Aquæ sive lymphæ ex glan-  
dulis Cordis separata in pericardio residere debere,  
quaæ forsitan eam ob causam in hunc locum a Natura depo-  
nitur, ut Cordis substantia semper humida maneat & ser-  
vetur, ad motum eo melius perficiendum; Si igitur de-  
fectus hujus materiæ sive lymphaticæ Aquæ invenitur, non  
potest non oriri prior affectus s. Cordis Hæctica, si au-  
tem abundat hæc Aqua plus justo, posterior affectus sive  
Hydrops Cordis. Ad quam substantiam ipsius Cordis læ-  
sionem pertinet quoque *Abscessus*, qui tamen admodum  
rarus invenitur.

¶. IV. Ex his omnibus recensitis Cordis læsionibus  
videmos, quod paucæ existant, quæ proprie essent annum-  
merandæ Cordi, sive quarum origo debeatur Cordi, sed  
semper fere est insens, & alienis vitiis peccat, qualiter  
quoque videtur habere sententiam *Riolanus in Considerat.*  
*Cordis Medica p. m. 225.* ideoque pars ista diligenter conservanda.  
(sc. Cor.) quæ non patitur proprio vito, sed cordibus alienis, qui-  
bus inquinatur & corruptitur. Et hoc quoque Veritati con-  
sentaneum magis videtur, certum namque est, quod  
modo afficiatur defectu materiæ nutrientis, interdum  
quoque abundantia, modo etiam aliæ circumiacentes par-  
tes, ad circulationem sanguinis, ipsamque sanguificatio-  
nem peragendam perquam utiles & necessaria, non sunt  
in debita crast, in debita constitutione atque dispositione  
constituta, hinc morborum myriades producuntur, &  
plerumque cordi origo adscribitur, sed minus bene.

¶. V. Sanguinem quoque ipsum, alias in statu fano  
The-

Theſaurum Vita, in producendis atque creandis variis Cordis affectibus tritissimis, ſuum quoque confeſſe Symbolum, quis non videt? Dum nimirum tam qualitate quam quantitate interdum peccare illum, certifimum ex Pathologicis eſt, & quod utroque modo poſſit concurrere, & immediate atque efficienter producere hunc nostrum Cordis affectum, *Palpitationem ſcil. Cordis*, in ſequentibus, ubi de Cauſis erit agendum, demonstraturus ſum. Jam interim dico, Cordis laſiones etiam oriri poſſe a Sanguine tam qualitate quam quantitate peccante: Evidenſium hujuſ rei demonſtranda Exemplum atque Argumentum habemus in Plethoraſis, & iis, qui nimio ſanguine gaudent, quales ſunt Sanguinei, qui variis Cordis affectibus obnoxii ſunt, interdum corripiuntur *Syncope*, quando nimirum ſanguis plus juſto ad Cor defertur, & fibras moṭrices nimis dilatat, ſicque impedit, quo minus Systole Cordis peragi poſteſt, h. e. Cor ſanguinem non expellit, ſed stagnat in Corde, per conſequens, omnis pulsus & interdum etiam Vita ipſa perit; Experiuntur quoque ſatiuſ *Lipothymiam*, quaꝝ a Syncope ut majus & minus diſfert. Si inſimul quoque accedit, quod talia Subjecta Plethoraſis ſpiffitudine ſanguinis laborent, ſcilicet quod eorum ſanguis tam quantitate quam qualitate peccet, tunc omnino eorum status periculofior redditur, ob concurſum morborum: Sanguis enim talis plerumque in gruſcentiam abit, atque in Corde & arteriis annexis ad varias Obſtructiones faciendas occaſio datur, hinc veniunt iſta excreſcentia, quarum quādam Exempla in antecedentibus ſunt allegata, iſti *Polypi*, quorum autores paſſim mentionem faciunt, qualem etiam obſervavit *Cel. Eyselius*, in Cadaveriſ cuiusdam ventriculo dextro, magnitudine jugandi majori ad quantum, exterius albidum, pituita viſcida obductum, interius vero nigricantem. *Conf. ejus Comp. Patbol. p. 122. de Polyp. Cord.* Talis itaque concretio ſit a particulis terrefribus & limosis, quaꝝ ſenſim ſenſimque lateribus vaforum ſe affigunt; Qualem quoque rationem nobis-

nobiscum communicavit Cel. Wedelius sequentibus verbis :  
*Vasa, ut Vene & arterie, sunt instar Canalium, unde, sicut alias  
 aqua in Canalibus, quos transcurrunt, materiam limosam, qua scatent,  
 sensim & sensim deponunt, & ad latera affigunt, ita etiam se res ha-  
 bet in Vasis: eumque in finem aperientia esse propinanda,*  
 commendat Clarij. ille Vir, Conf. Tract. de Medicam. Facult. co-  
 gnoscendis & applicandis p.m. 44. Videmus ergo apertam &  
 evidentissimam Polyporum & in genere omnis congru-  
 mescientia sanguinis generationem, interea omnis sanguis  
 Crassus, Viscidus, qualis in Cacochymia, Cachexia & Tem-  
 peramento ipso phlegmatico, & Melancholicus, biliosus,  
 polyporum promus condus esse poterit. Ulteriore &  
 fusiorem Polyporum Cordis tractationem si quis deside-  
 ret, evolvere placeat Clas. Albini Diff. de Polypis.

§. VI. Unicum in hac materia restat inquirendum, in  
 §. nim. secundo hujus Capitis dictum fuit, nonnullas dari  
 Cordis Læsiones, Motum saltem illius quæ concernunt ;  
 Ex Pathologia sic non ignotum esse credo, Motus Læsio-  
 nes triplici modo sese exerere, nim. vel abolitione, imminu-  
 tione & depravatione; Primum quod attinet, quando mo-  
 tus Cordis aboleatur, hoc deprehendimus in quibuscumque  
 Syncopticis, Apoplecticis, Lipothymia & Catarrho suffocativo  
 laborantibus, ubi pulsus sive systole & Diastole Cordis pla-  
 ne abest, vel ad tempus, interdum quoque in totum, ut in  
 Asphyxia, sicque moriuntur.

§. VII. Alter gradus, quando nimirum Motus Cordis  
 imminuitur, videre est in omnibus Ecclisi laborantibus,  
 tanquam primo gradu animi deliquii, ibi inventur pul-  
 sus imminutus sive debilitas, porro in Tremore Cordis af-  
 flictis, ubi percipitur Motus ejus quodammodo deficiens,  
 vibrans & tremulus, desumpta Metaphora a tremore Terræ,  
 cum quo optime comparari posse Tremorem Cordis di-  
 cit supra Laudatus Wedelius in Pathol. Medic. Dogmat. pag. 522.  
 Germ. redditur Ein Zittern des Herzens, & insequitur ini-  
 minutæ ac vitiola Cordis constrictioni, in qua fibræ  
 muscu-

muscularum Cordis celerrime, & quasi semi contracte  
Systoles & Diastroles vices obeunt.

§. VIII. Accedo nunc ad tertium & ultimum gradum motus Cordis Læsionis, nimirum depravatum, ut appareat, quo modo Sol Microcosmi in hac motus specie sit constitutus; Videmus igitur, quod 1) in genere omnes inordinati motus, pulsusque Cordis & arteriarum ad hanc Classem referendi veniant, quales inordinati motus se exercent in omnibus febribus ardentibus malignis & acutis, quando periculosus illarum status adeat, & fere mors in olla reperitur, tunc pulsus evadit debilis, inæqualis, intermittens, recurrens, lancinans & caprizans, sicque porro. 2) In specie ad hanc classem est referendus præsens noster affectus, *Palpitatio Cordis*. Nam in hac non est abolitio motus, alias inter hanc & syncopen ejusque gradus nulla daretur differentia; Non est porro motus imminutio, quia Cordis motus adeat fortis, quin imo sapissime fortissimus, adeo ut percipi nonnunquam auditu queat, quod sane in imminutione motus non reperibile; Restat itaque depravatio Motus Cordis, ad quam Palpitationem esse referendam judicavi, quæ *Palpitatio Cordis* autem eo luculentior patet, quando ad definitionem Causasque ejusdem tradendas, pariter atque Diagnosin & Prognosin faciendam, quædam sum prolatus. Ad quod negotium nunc me aecingo Definitionem primo de *Palpitatione Cordis* possumus.

§. IX. Antequam autem hoc negotium aggredior, mearum partium esse duco, harum hucusque pertractatarum rerum rationem reddere, si nimirum quis putet, me, in antecedentibus, in pertractandis variis cordis læsionibus frustaneum suscepisse laborem, dicens, quod talia omnia ad scopum præsentem, sive ad explicandam & curandam Palpitationem Cordis, neutiquam quid faciant. Sed ad hoc erit respondendum, utique antecedentia, Cordis varium statum præternaturalem, ejusque varios morbos explicantia, huc pertinere, eam

ob rationem, quia omnes Læsiones Cordis, in hac tenus dictis allegata, symbolum suum afferre in producenda Palpitatione Cordis varie possunt, sicque facilior erit res in dandis Causis hujus effectus brevitatib; studere, hoc tamen modo, ut Exempla quædam autorum hujus vel illius Causæ etiam ad illustrandam rem adducantur.

§. X. *Cordis igitur Palpitatio est Motus depravatus, quo Cor ordinem suum præiustum consuetum sive Naturalem in Systole & Diastole non servat, sed immoderata & coreulsiva Concussione, impetuose admodum subfultar, commovet & pulsat, a quavis fibrillarum Cordis nervarum irritatione majori vel minori, & binc dependente irregulari & inordinato motu & influxu fluidi istius nervi, proveniens.* Insignitur hic affectus alius quoque nominibus: Sic vocatur *Saltus cordis, a Scaligero subsilitio Cordis, Germ. Herzklappfen/ Herzbeben/ oder Zittern des Herzengs.* Vocatur etiam a Nonnullis *Tremor Cordis;* Cum in uniter hic Tremor Cordis & palpitatio, pro uno eodemque habentur, cum tamen toto cœlo differre ex antecedentibus certum est, Palpitatio enim est immoderata & vehemens Cordis concussio, impetuosisima Systole ac Diastole molesta, in qua Cor violenter concutitur & quatitur, qualis motus recte dicitur ab Hippocrate Nostro Co<sup>s</sup>, a quo jam suo tempore Cor habitum fuisse pro Musculo, in Capite primo demonstravi, Convulsio Cordis, qua de re fusiorem explicationem nobis suppeditavere Lowerus Tract. de Corde p. 132. Mayow de Motu Musculorum p. 95. qui modum, quomodo fit Palpitatio, distincte demonstravit. Tremor Cordis vero dicitur, cum minores pulsus & crebriores, & quasi tremuli, pulsui languido & crebro similes sunt observandi; In Palpitatione Cordis fibrarum vehementiam, in Tremore vero earum crebitatem adesse observavit Willisius in Pharm. Rat. P. I. p. 260. Hoffmannus & cum hoc ali inter Palpitationem & Tremorem, hancce posse differentiam, sive non parvi pendendam, quod nimurum Tremor sit Palpitatio levior, Palpitatio vero vehemens Tremor, & sic, ut hic duo affectus, inter se invicem probe

probe distinguantur & ob diversitatem Motus unus ab alio separetur, optime commendant, quo de vid. Wedel. Pathol. Medic. Dogm. p. 522. In genere est hæc differentia adnotanda horum affectuum, qualem etiam in antecedentibus injunctam esse ex §. VII. hujus Cap. constat, quod nimirum uterque affectus ad motus depravationem sit adducendus, sed quod prior affectus nim. *Palpitatio Cordis* magis sit motus depravatus, auctus & vehemens, Posterior autem, magis immunitus & debilis.

§ XI. Bene quoque ulterius distinguendus præsens affectus, bene si concipere illum intendimus. Non enim hic intelligenda est *palpitatio Cordis Naturalis*, quam in meam jam considerationem non cadere ex Definitione in §pho antecedenti exhibita, liquet; Aliud enim est *φυσικός* Pulsus, aliud *παθοῦς* Palpitatio. Ulterius per hanc Palpitationem non sunt intelligendi, Pulsus absolute aucti, in quantitate peccantes atque immoderati, nonnaturales quoque a Causa externa transitoria, non morbosa, provenientes, porro illi, qui in sanis quibusvis a motu corporis & animi fortiori, ebrietate, Venere, balneis & aliis contingunt; Tandem pulsus aucti a Causa morbosa, unde in febribus quibusvis tam continuis quam intermittentibus, tam malignis, quam benignis, pulsus quidem celer, velox atque citatus adest, proprie tamen loquendo *Cordis palpitatio* non locum habet; Hæc omnia non pertinent ad præsentem scopum, dum non respondent rite Definitioni data, sed tantum *Motus depravatus Cordis*, qui ordinem suum pristinum & consuetum non servat, venit considerandus, qui interdum pro ratione Causarum Major vel mitior aliquo modo existit, interdum cum febri est conjuncta, & tunc Symptomatis naturam induit, sicuti interdum solet supervenire Morbo Gallico, & febribus pestilentialibus & malignis: Interdum autem & frequentius citra febrim, quando nimirum Præternaturaliter Palpitatio inducitur a spasmis Cordis, a materia crassa vel irritante, quæ Cordi inhæret. Hinc Differentia ista est advertenda, quod *alia Palpitatio* sit

& fiat per consensum, nimirum ubi alia partes in nostro Corpore in causa sunt, ut producatur talis affectus; *Alia autem per Essentiam*, ubi nimirum ipsa Causa & Fons hujus affectus latet, & quærenda sunt in ipso Corde, s. etiam sanguine, in Corde sive vasis annexis stasis & coagulationem intendente; *Alii aliam hæc posuere differentiam & distinguunt in Symptomaticam*, quæ nimirum secundum nostram divisionem sit per Consensum; Et in Idiopathicam s. per Essentiam; Hæc ultima species, licet plerumque sit citra febris, tamen periculosorem priori esse, Experientia constat, quia ut plurimum nobis indicantia sufficientia deficiunt, utrum adsit *Sanguinis stasis*, utrum adsit *Polypus Cordis*, nec ne? In tali auteui palpitatione, ubi nimirum ab effervescencia sanguinis & exæstuatione provenit, qualis in febris est, tunc curata febri, & sublata, curatur & auferitur etiam Symptoma, sive *Palpitatio Cordis*. Utriusque autem speciei Palpitationis Cordis Therapiam s. medendi methodum q. f. p. sum traditurus in ultimo Capite.

§. XII. Nunc ad ulteriore Definitionis meæ Explicacionem ut progresum faciam, necesse est, ubi maxime iste labor eò erit directus, ut Symptomata sive signa, ex quibus iste affectus erit cognoscendus & dijudicandus, non solum ex Definitione posita eruam, sed & Exemplis aliorum Autorum illustrem; Ex his igitur verbis in Definitione positis: *Quibus Cor ordinem suum pristinum Consuetum sive Naturalem in Systole & Diabole non servat, sed immoderata & convulsiva Concussione impetuose admodum subsultat, commovetur & pulsat*. Ex his, inquam, verbis Diagnosin deducendam esse nemo negabit, quæ adeo dijudicatu est facilis, ut statim ipsis fere sensibus occurrat, nimirum Visu, auditu & tactu sapissime allegata Symptomata, Morbi præsentiam s. Diagnosin certo indicantia, certo quoque percipere possumus. Sufficenter quidem hæc omnia ex pulsu cognosci nequeunt; igitur sapientius necesse est, regioni Sterni circa latus sinistrum, ubi Cordis pulsus optimus, admoveare manum pro rite percipienda cordis palpatione, variisque Symptomatis in ista

ista contingentibus, & hoc sit, pulsus arteriarum interdum salvo, interdum tamen mutato & plus justo celeriori, prout malum vel leviori vel pejori in statu observatur esse. Et hoc, ut nimirum tactu perspiciamus in Carpo vel regione Sterni praesentiam affectus, non semper opus esse, Experiencia variorum Exemplorum testis est, cum interdum adeo sit vehemens, ut solo auditu possit percipi, visuque cognosci, tanta interdum cum vehementia, ut sonitus ad distantiam & ab adstantibus percipi potuerit, qualia Exempla nobis praebent, *Tulpus* & *specialiter l. 2. Obs. 25.* *Ubi palpatione* (*orta a Lapillo in Corde*) *præforibus* & *Conclavi a prætrecentibus* distincte percipi potuit. Idem & *Forester lib. 17. Obs. I.* *Bartholinus Hist. Anatom. 18. Cent. I.* sicut etiam *Epiphanius Ferdinandus Hist. 79.* calcitras superstratas amovisse observavit, vel etiam costæ distractæ, & fere distractæ fuere: *Vid. Schenkius lib. 2. Observ. Horstius lib. 3. Obs. 17. Heschlederus decad. 9. p. 361.* *Mayow de motu Muscularum p. 96.* *Piso de Colluvie serosa p. 166.* notat palpitationem Cordis, in qua indumenta quasi flabello mota inquam cordis motum amulabantur, & Thorax & Sternum ab illo motu a sede naturali dejecta mediocriter extuberabant; *Fernelius* etiam scribit de Palpitatione quadam, tanto fragore facta, ut saepe animadversa sit thoracis vicinas costas effregisse, & eas, quæ supra Mammam sunt, de propria sede depulisse: saepe etiam arteriarum foras dilatas in aneurisma contracti pugni magnitudine, in quo & tactu & visu conspicua fuit pulsatio, quo de evolvi meretur *Wedelius in Pathol. p. 521.* Frequenter cum his signis alia sunt conjuncta & conjugenda, quod nimis sit circa febrim, citra virium debilitatem notabilem, quin potius ejusmodi patientes soleant esse *ergosadis.*; Solet ut plurimum esse periodica; Ante non raro *Cardialgia*, *Rutitus* & alia flatuum signa, sequitur interdum & antecedit in majori Palpitationis gradu anxietas circa præcordia, & in respirando difficultas, succedit quoque *Vomitus*, *Lipothymia*, tunc etiam mors erit timenda, & haec fiunt cum pallore faciei, vocisque liberiori usu impedito.

§. XIII.

§. XIII. Causas quod concernit, meum jam erit, *Causam Palpitationis Cordis immediatam sive Proximam dare, quam in his verbis definitionis meæ inclusam atque contentam esse judico, nim. A quavis fibrillarum Cordis nervearum ejusque muscularum irritatione majori vel minori, & hinc dependente irregulare inordinato motu & influxu fluidi istius nervi, proveniens.* Hæc, reor, est Causa immediata, qua posita, ponitur effectus, sive Palpitatio; qua ablata, auferatur.

§. XIV. Ad *Causas Mediatas sive Antecedentes*, omnes istæ vindentur reducenda, quæ quacunque ratione aut *musculos Cordis*, aut *Nervos ad Cor derivatos* irritare & vellicare possunt; Talesque irritantes Causæ investigandæ atque quærendæ sunt, vel in ipso organo moto, corde nimirum ipso; Vel in motu mediis, h. e. in *Nervis* sive *Musculis*, Cordis motui inservientibus. Ratione Cordis causa irritans est respectu ejus Parenchymatis vel extra Cor in ejus ambitu, vel intra Cor & Ventriculis ejus, de quibus fere omnibus in antecedentibus, aliqua mentio est facta.

§. XV. Inter *Causas Mediatas*, ad *Cor ipsum* & *specialiter ad ejus ambitum* spectantes, adnumeranda jure meritoque sunt omnia præternaturalia in pericardio tanquam invulcro Cordis contenta atque reperta, præprimis aqua in Pericardio nimis abundans, quam nihil aliud esse, quam Lympham, eo per certa vasa lymphatica derivatam, & ex glandulis Thoracis se eo effudentem, probabile videtur, sicut etiam in §. III. hujus cap. dictum fuit. Insuper quoque *Marchette* observavit ductum ex inferiore corpore ad pericardium lympham deducentem: qua lympha abundantie presso deinde sequitur pede *Hydrops Cordis s. Pericardii*, cuius praesentia distendit pericardium, & quia ista Aqua, dum moveri nequit, sed stagnat, putredinem induit, maximo sic opere cor irritari, & palpitationem molestiam æque atque diutinam per hanc oriri valere, nemo non videt. *Conf. Amatus Lusitanus Cent. 3. Cur. 43. it. Piso Tr. Citat. pag. 186.* qui etiam retinet, quod in iis, Cordis qui palpitatione laborant, repertum post mortem fuerit pericardium copioso sero

fero distentum. Hæc itaque Causa Mediata Palpitationis est gravior omnibus reliquis speciebus, dum omnia fere remedia incassum, ad pellendam eam, adhibentur, qualem sententiam approbasse videtur Galenus lib. 5. de loc. affect. sic scribens: *quod aqua abundans in involucre Cordis sit causa palpitationis, quæ sit una ex gravissimis, contumax & raro fere curabilis;* propterea, *quod neque dissolvi neque discuti posit;* Tale Exemplum illustre præbuisse superiori Seculo Maximiliani II. Imperatorem, & de quo plura Consilia, fine tamen forsitan emolumento, Ægroto levamine, scripta fuisse, dicit Cel. Wedelius in Patholog. superius citat. p. 523.

§. XVI. Ad Causas Mediatas, preptmis extra Cor, sive ambientum ejus positas, referenda quoque sunt tubercula, pariter atque excrescentia verrucales, cordi vel Pericardio adnatæ, quibus vel maxime palpitationi Cordis admodum vehementi ansa dari potest, quarum historia & existentia in §. III. huj. cap. aliquo modo est delibata; Exempla harum post mortem in dissectis repertarum videbimus in Schenckio lib. 2. Observ. p. 214. qui Exemplum Sacerdotis cuiusdam allegat, ubi post mortem circa cordis basin excrescentia carnea reperta fuit, item in alio, de quo vid. Bonnettus Sepulchreto p. 639. & 640. 651. nec non Zaccutus Lusitanus l. 8. Med. Princip. Hist. Cap. 8. Obs. 3. ubi ex excrescentia Carnea inter arteriam magnam palpitatione cordis insignis orta fuit, & alio loco memorat modo dictus autor palpitationem a carne excrescentia in pericardio, durâ, nigra l. 2. Pr. H. obs. 3. Sic ex truncu arteriæ magnæ prope Cor osseo, palpitationem Cordis gravem observavit Willisius in Pharm. Ration. pag. 246. Ob venæ pulmonalis cardilaginem adnatam & fere obstructam palpitationem Cordis notavit Mayow de Motu Musc. p. 97. Lapilli etiam in Corde dari refert Scholzius in Consil. 103. qui invenit Lapillum, nigricantem in eo, qui tali morbo correptus fuit; De Polypis & calculosis concretionibus, quibus illatum fuit hoc malum vid. Horstius in Obs. & Hoeferus in Herc. Medic. pag. 89. Grembs Arbor. l. 2. c. 1. §. 8. quod etiam bilis retrorrida in torphi

phi nigri speciem reducta, produxerit hoc malum, *Vid. Fernel. Patbol. l. 5. obs. 17.*

§. XVII. Causarum quoque Mediatorum Palpitationis Cordis nomen merentur *Vermes*, tam extra Cordis substantiam, in Pericardio, quam etiam in Ventriculis Cordis ipsis harentes; Et quidem in specie iste a variis autoribus sic dictus *Vermes Cordis*, German. der Herz-Wurm, quem affectum admodum esse rarum, paucisque cognitum, proposui in §. II. huj. Cap.

§. XIX. De Causis quoque Mediatis, in *organo moto, Corde sanguinum ipso*, locum habentibus, aliquid dicendum erit; Ejusmodi naturæ sunt *Abscessus Cordis*, de quo quidem affectu autores passim loquuntur, attamen istum esse valde rariorem fatentur; Frequentiores autem esse judico, qui in ipso sanguine sciscitandi occurunt, talesque omnes sunt, qui sanguinis motum quacunque ratione impedire querunt, unde circa radices vasorum & cordis basin aggestus, ad crebriores & validiores contractiones, adeoque palpitationem, concitat. *Willius* hanc Causam quoque frequentissimam invenit in *Pharm. rat. P. I. p. 263. Conf. M. A. N. C. Ann. 2. obs. 197. p. 299.* confirmatur etiam a *Forstii l. 17. Obs. 1.* Sanguinem quod ipectat, sciendum, quod vitiosus, surgescibilis & fermentatione nimia esferatus, utique autor possit esse Palpitationis; Ut a sanguine, rarescente naturaliter, expansum cor irritatur ad sui constrictiōnem, ita ubi prater-naturalis est fermentatio, etiam consequenter non potest non p. n. irritatio, & ex hac p. n. & violenta contrac̄tio atque dilatatio oriri. Hinc omnes febres, tam cum malignitate, quam etiam sine hac, existentes, Symbolum suum, ad palpitationem Cordis efficiendam, conferre, quis nescit?

§. XIX. Solet quoque alias Palpitatio Cordis frequens existere, dupli modo, vel ob sanguinis *intrinsecam constitutionem*; Vel propter *nervos*, Cor moventes, *convulsi*, sicut ex antec. §§. patescit. Ratione *Sanguinis triplici ex causa*; Vel ob anomalam Sanguinis in praecordiis turgescientiam; Vel ob acidum, austерum & corrosivum fa-

ctum

Etum, in sanguine latens & Cor vellicans; Vel ob grumulos, ut ita dicam, sanguinis, ab acido isto condensatos, atque coagulatos, in Corde relictos, qui inter Cordis Vallulas haerent, & non raro impacti & stagnantes reddit, tam palpitationem Cordis producere valent.

§. XX. Transitus nunc à me ad Causas Procatarrhicas, quas alii Occasionales sive Remotas appellare malunt, erit instituendus, & has, ut inquiram, valdopere necessarium esse judico, dum ad Curam hujus affectus rite instituendam pariter atque absolvendam, absolvunt fere utramque paginam; Qui labor autem in eo consistet, ut perconter subjecta, qualia nimirum ad productionem Palpitationis idonea sint atque concurrent, porro, status quosdam morbosos, quibus, remote tamen & occasionaliter, ansa dari potest; hoc est, inquirendum jam erit in hoc negotio, quanam ex rebus Naturalibus, N. N. & P. N. in productione Palpitationis concurrent?

§. XXI. Causae itaque Naturales primum considerandæ sunt, ad quas refero feminas gravidas & viros, ad senilem deflectentes atatem, omnia Subjecta Sanguinea, omnesque Pletoricos, quibus si simul accedat vita bona & lauta, tunc utique sanguis plus justo augetur & movetur ad Cor, quia omnis in corporis partibus consumi nequit; Adveniente quoque vita sedentaria, maximisque cum curis & terroribus conjuncta, tunc utique status redditur gravioris conditionis, quia tunc stagnare, sasinque induere humores, ita etiam sanguis in Corde, incipiunt; Deinde quoque ad faciendam Palpitationem Cordis in talibus subjectis suum præcipuum contribuit, quando nimirum vita lauta & sedentaria maxime in ipsis in consuetudinem abiit, & præter spem tempore aliquo fortiores atque insolitos corporis motus in se suscipiunt, & hoc varie fieri potest, v. g. Equitando, rheda minus commoda & apta vehendo velociter, vel quoque res domesticas graviores sivebundo, tunc usu venire solet illud, quod motus exterior juvet motum interiore, tam peristalticum, quam etiam sanguinis

nis circulatorium & intestinum, quia itaque jam motus exterior corporis est maximus, tunc producit quoque motum interiorem sui similem, sic sanguis in motu plus solito augetur, ad Cor promovetur, quapropter non potest non exinde presso quasi oriri pede sensatio talis molesta, sive irritatio Cordis.

§. XXII. Causis quoque Occasionalibus sive Remotis & quidem ex numero Naturali, ulterius adscribenda sunt dispositiones & constitutiones scorbuticae & biliose, imprimis autem Temperamentum Melancholicum; Minus vero quibusdam probabile hoc videri poterit, quod afferro, oriri nimirum posse palpitationem Cordis, tam Temperamento Sanguineo quam etiam Melancholico, h. e. tam abundantia, quam etiam defectu sanguinis; Sed quod hoc ex Pathologicis ita se habeat, probat mecum Cel. Wedelius in Pathol. Med. Dogm. p. 525. Quod nimirum grumescientia fieri possit sanguinis, ex cauſa modo positiva, modo privata, h. e. absumpto plus justo & inæqualiter sero. Hancce absumptionem itaque fieri contingere in subjectis Melancholicis, ad unum omnes, unoque ore fateri necesse est, quia ex Historia talium Subjectorum constat, quod sint pra: aliis siccioris Sanguinis & Corporis constitutionis, &, quando Venæficationis usum cordi habent & instituunt, semper sanguis existat nimis crassus, & rubore valde obscuro, etiam non tam cito e Venis fecatis effluat, ut in aliis contingere solet, Serò in Sanguine gaudentibus; Hinc videmus, quia Seri defectu laborant Melancholici, quod talia subjecta privative sint prona ad stagnationem talem, sanguinisque ingrumentum subeundam; In priori autem Casu, in Sanguineis & Plethoricis, fieri magis positive, ex eo elucecit evidentissime, quod posito Sanguine atque sero sint prona ad ingrumentum & statim. Ubi insuper adest dispositio scorbutica, tunc hac sola ad hoc malum perficendum esset sufficiens, eorum enim Sanguis scatet multis particulis heterogeneis, acidis, austerioris, & ita dictis scorbuticis, & quia ex Natura Nervorum notissimum est, omnia acida,

acida ipsis esse inimica, per consequens, si tale quid ad Cor adducitur, tunc utique fibrillæ, Cordis motrices, nerveæque existentes, in naturali suo motu impediuntur, atque ad inordinatum motum convulsivum & inæqualem, qualis in palpitatione sit, irritantur. Possunt etiam hæc particulae heterogeneæ, superveniente mala Diæta in adhibendis Rebus N. N. successu temporis, magis condensatae & in unam fere massam collectæ, stagnationem in ipso corde procreare, quam deinde Palpitationis Cordis autorem esse, ex antecedentibus satis demonstratum est.

§. XXIII. Ut de Rebus N. N. etiam, quatenus nimirum ad præsentem nostrum affectum efficiendum, occasionem & Symbolum suum conferre possunt, aliquid mihi dicendum suscipiam, officii ratio postulat; In hoc autem ordine Causarum N. N. prima sece vice offert Aer; cuius Ursus tantus est in Corpore nostro, ut hujus absentia, absit pereatque vita nostra; Tamen, si injusto & minus legitimo tempore, & vitioso ex particulis terrestribus nocivis utatur, maxime magis nocumento quam emolumento cedere potest; Sic quando quis v. gr. Post Venæsectionem l. cucurbitularum applicationem vellet uti aere nebuloso, minus sereno & frigido, tunc utique pori plus justo occluduntur, totum corpus particulis nocivis inquinatur, quæ deinde per motum Sanguinis Circulatorium ad Cor moventur; Sanguis quoque, qui per Venæsectionem five Cucurbitulas fuit aliquo modo avocatus a Corde s. a Centro ad Peripheriam & in motum redactus, subinde repellitur a Peripheria ad Centrum, nimirum ad Cor, interdum a nimio frigore coagulatus & quodammodo condensatus, & sic palpatio Cordis inseguitur certissime. Aer potest etiam damno esse, quando nimirum quis, noctu dormiendo, aeris sece liberiori & frigefacto exponit, tunc utique sanguinis motus impeditur, adylos diapnois non genuino modo, sicuti par esset, succedit, siveque Cor ad irregulares & inordinatos motus vel maxime disponitur. Sicut autem aer frigefactus nocere potest, ita etiam *calefactus*

nimis, ita si aliquis Sole sereno, diebus e. gr. Canicularibus, nimis utatur, tunc utique Calor externus juvat Calorem internum, per hunc Sanguis plus justo extenuatur & cito solito movetur, tunc *positive* producitur *palpitatio Cordis*; *Privative* autem, quando, dum Sole sereno aëris nimis expanditur, atque sanguinem rarefacit, Dia-phoresis plus justo instituitur, & per hanc, Serum in Sanguine contentum absumi, & absentia hujus, stasis & stagnatio produci posse, experienta, optima rerum Magistra, testatur; Quorsum itaque veniunt illæ orgasticae Commotiones Sanguinis & Cordis? ex nullo alio interdum fonte, quam ex immoderato & illegitimo aëris usu.

§. XXIV. In ordine causarum N. N. ad palpitationem Cordis, remote quidem, concurrentium, considerandi se se offerunt *Cibi Potus*; quorum pariter ac aer tantus est usus, tantaque in Machina humana utilitas, ut sine his impossibile sit, qui vivere possit homo. Tamen in maximum cedit nocumentum, interdum quoque corporis interitum, quando nullo cum moderamine, nulloque discrimine facto, illis utimur atque vescamur. De his quidem utplurimum aliena sunt mente, hominum Vulgi, Diætam in cibo potuve rejicientes atque dicentes & proclamantes: *Ih* esse und trinfe, was mir schmeckt. Sed maximo in errore versari ejusmodi homines, qui præsenti affectui ansam præbet, demonstratus sum. Certa autem & in Experiencia Medica experta satis res est, quod sanguificatio ex immoderato Ciborum & potuum usu lardatur, si nimirum assumpta minus sint commoda, *luzula* & *ivrena*, cruda, frigida, mucilaginosa, viscosa, obstruentia, acria, acida, & sic porro, unde fit Chylus vitiosus, &, posito hoc, sanguis, qualis enim Cibus, talis Chylus, & ex Chylo reliqui humoris. Hinc verissimum judico esse Axioma illud: Quod non corrigitur in prima coctione, illud nec in secunda nec tertia emendatur; Hinc isti Cibi ad productionem Palpitationis Cordis faciunt, qui ejusmodi præscriptæ indolis sunt, qui que in coctione prima non rite resolvere possunt, adeoque

cru-

eruditates relinquunt, quæ deinde grumescentiam sanguinis & stagnationem ejus haud raro minantur; hoc quoque usu venire solet in omnibus cibis plus justo acidis. Cibi etiam optimi ad palpitationem faciunt, nimirum, quando in assumendi modo exceditur, & magis, quam par est, nutritiunt. Vim etiam est hoc malum provenire aliquando ab usu Cinamomi largiori. Potus acidi & frigidi valde hoc loco nec sunt excludendi; De prioribus certus quilibet erit, quod acidi cibi minus conducant; De posterioribus autem, nim. de frigidis, adhuc quibusdam sub judice lis est, utrum in palpitatione procreanda concurrant, nec ne? sibi firmissime persuadentibus, quod potus frigidi, quin imo frigidissimi, post admissum fortiorem corporis motum, optimi, & ad animum corpusque, siti motuque emaciatum reficiendi, pariter atque recreandi ergo conducibles sint: Sed sicut in communi proverbio loquimur: *Una hirundo non facit ver;* Ita & in hoc locum habet, quod potus frigidus ab uno altero semel hanstus, post fortiorum motum, nihilque mali & nocivi post se trahens, tamen in nonnullis, quin imo multis, maximo possit esse nocumento; Qualia exempla prostant: nam tum aliquis corpus fortius movet, ex antecedentibus clarum est, quod sanguis etiam fortiorum solito motum in Corpore subeat atque perficiat, si itaque talis frigidus potus cito ebitur, tunc maxima non solum oritur refrigeratio in Ventriculo, sed & intestinis, & sanguine ipso, antea calido nimis, nunc fere frigescente, hinc non infrequeenter dicunt: *Es ist, als wenn ein kaltes Eis im Geblüth sich bewegte.* Sentiunt non raro horripilations & horrores tortes, dicentes: *Es läuft mir Eiskalt über die Haut,* & frequentissime *Palpitationem Cordis gravem.*

§. XXV. *Somnum & Vigilias*, quatenus nimis vel minus admittuntur, in productione Palpitationis Cordis suum quoque *επι βάλλω μέτρον* addere, constat; Siquidem quando *Somnus in longam diem protrahitur*, & exinde consuetudo fit, tunc corpus redditur ignavum, & ad labores quosdam, ut movea-

moveatur corpus, subeundos, tardiosum, sive vel maxime stagnare incipiunt humores, in sanguine cruditates & particulae heterogeneae, quae continuo alias blandiori motu per Diaphoresin excernuntur, ibi retinentur, & ad Cor iterum deferuntur in magna copia. *Vigiliae* nimirum sanguinem Sero & volatilitate depauperant, sive ad palpitationem Cordis, quae in *Causa Privativa* consistit, concurrunt utique. *Somnus* quoque post pastum institutus non semel in causa fuit, ut exinde palpitatio orta sit, siquidem per hunc, coctionem Ciborum & deductionem in intestina, rite non procedere posse, nemo negabit, sic, quando in coctione prima vitium inest, tunc etiam in altera, & hinc provenit palpitatio Cordis.

§. XXVI. Somno & Vigiliis merito brevibus adjungenda sunt, *Motus* & *Quies*, utpote quae tantum ut genus & species differunt; Actum de hisce Rerum N. N. speciebus aliquid esse in §. XXI. huj. cap. puto. In utraque autem specie concurrit ad producendam palpitationem, quando vel in defectu vel excessu instituitur; In defectu instituitur vita lauta atque sedentaria; Nihil magis sane est efficax, quam si sufficiens corpori motus desit, ad palpitationem Cordis; Vita enim & sanitas consistunt in motu: si itaque iste deficiat, tunc humores stagnant, subsistunt, atque ad varias Cacheeticas, Cacochymicas, Hydropicas, & Scorbutaras & tunc ad palpitationem Cordis occasio certissima datur. Motus in excessu institutus, ejusmodi indolis quoque est; Sic v. gr. ad stagnationem & occlusionem pororum concurrit, quando post motum corporis insolitum & fortiorum, corpus locis frigidis, gramine circumdati, mandatur, & interdum quoque denudatur, sic subitanea sanguinis mutatio, qualis etiam in potu frigido, post calorem est facta, exinde oritur, M. S. exagitatur, & citior ad Cor movetur. De *Quietia excedente*, nou est, quod multa tractem, siquidem pertinet ad Somnum longum; Quietis plus justo deficientis noxa pertractata quoque fuit in vigiliis nimiis: Sic v. gr. Literati saepius Palpitationem experuntur, sane non

non raro solet hoc malum provenire, quod parva quiete fruantur, diesque noctesque studiis incumbendo consument; Nullo pejori modo corpori noxa infertur, quam si quies debita illi detrahatur, sanguinem enim depauperat, particula serosa, volatiles & laudabiles per continuum laborem absumuntur, sicque ad stagnationem eorum humores vel maxime proni existunt.

§. XXVII. *Ad Animi Pathemata in ordine Causarum N. N.*  
 nunc inquirenda de proprio, quorum Operatio & Energia in Corpus humanum tanta est, ut saepius causa multorum malorum incurabilium producendorum, existant; Sic Exempla eorum prostant, qui tantam palpitationem Cordis ex ipsis experti sunt, ut incurabilis sit visa, & interdum syncope corripiantur. In animi pathematum numero ira febre & terror primo ponuntur loco; Ira & terror humores, in primis Sanguinem in motus perturbatos & irregulares ciere, ac nervos, inordinato motu fluidi istius Nervei spirituissimi, irritare atque concitare possunt; Præprimis malum Palpitationis Cordis gravius redditur, si ægri fortioribus motibus Corporis insuper utantur, v. gr. Quando quis terrore incendii alicujus sibi suisque periculosis & proximi afficitur valdopere, & in hoc terrore est insuper laboriosissimus in rebus suis domesticis eportandis, tunc quam maxime efficax est hic terror, ut producat gravem Cordis palpitationem. De ira certum omnino atque expertum est, quod humores & Sanguinem in motum fortiorum reducat atque exagitet, quod videre est ex pulsu ejusmodi irati, qui semper celer, fortis, vehemensque existit post iram. Non negligenda quoque est tristitia & mæror, in productione palpitationis, dum constat, quod, si corpus sanitatem velit frui, mente sana gaudeat neceps est, alias corpus sit impurum & cruditatibus multis oppletum, si tale principium informans in corpore nostro non bene se habeat. Ex solo odore aliquo ingratu quidam palpitationem experiuntur, in primis mulieres hysterica & gravidae, quando interdum ex improviso odore balsam. cuiusdam bene odorantis affi-

afficiuntur, & aliæ, quando *Castoreum* offertur in Medicamentis, tunc Cor incipit palpitare; Ut plurimum autem ex dispositione hæreditaria tale quid venit, quemadmodum & hoc, quod quidam a primis incunabulis non perferre potuerint feles, vel *Cæcos*, si tamen felis præter spem in hypocauustum intrat, tunc afficitur statim tale subjectum paleore primum faciei, cum anxietatibus præcordialibus coniuncto, dein palpitatione Cordis gravi, & si non pellatur felis ex hypocausto, futurum sane esset, ut *Lipothymia* vel *Syncope* corripiatur tale subjectum; Tale quid quoque evenit in subjectis, caseum non perferentibus, quando caseus cibis, quibus vescuntur, istis nescientibus, intermiscentur, tunc statim anxietates miximæ & palpitations accedunt, usque dum per vomitum iterum rejiciantur nocivum.

§. XXVIII. Tandem in Causis occasionalibus N. N. ultima vice pertractanda sese offerunt *Excretiones* & *Retentiones*, quæ pariter ad palpitationem Cordis concurrunt, quales sunt 1) *Evacuationes sanguinis artificiales* assuetae negligere; Sic ii sapienter conqueruntur de palpitatione Cordis, & si ejus causam occasionalem inquiramus, hæc nobis sese offeret, quod *Venæctionem* vel *cucurbitularum applicationem* consuetam ex negligentia forsitan omiserint, et si hanc in statu Plethora vel quoconque alio, invenimus palpitationem, statim esse Venam secundam, in Capite Therapeutico tradam. 2) *Ad excretiones* pertinent quoque *Purgationes Laxativa*, & *Vomitiones*, quæ certo & assueto tempore, ad primas Vias expurgandas assumuntur, quæ si negligantur, palpitatione quoque in conspectum venit, quia cruditates, quæ excerni debebant, retinentur, & ad sanguinem deferruntur, hinc stagnationes in Vasis majoribus, Cordeque, & tunc palpitatione oboritur presso pede. 3) Huc trahenda quoque veniunt *Balnea*, *Corporisque sudores* & *pediluvia* certo atque assueto tempore instituta artificialiter, quæ si omittantur, pariter ejusmodi effectus provenit, nam sanguis coagulans & grumescens, per talia balnea, pediluvia, corporisque sudores, avocatur a Corde, deducitur ad artus,

tus, expurgatur a particulis heterogeneis; quæ si omittantur, tunc hæc omnia non fiunt, sed Cordi sunt noxæ.

§. XXIX. Paucis nunc, pertractatis Causis Procatarctis Naturalibus atque N. N. ad *Causas præter Nat. Occasionales* tradendas, ut me accingam, necessitas postulat, quarum in producenda Cordis Palpitatione concursum varium delibatur sum. Notandum itaque est; Quod omnes *Hypochondriaci atque Splenetici* ad hanc palpitationem sint proni, quia in ipsis stagnatio sanguinis & obstructio in vasibus minoribus Hepatis & Lienis adest, positaque hac stagnatione sanguis non genuino modo circulari potest, sicque ad varium inordinatum motum Cordis occasio præbetur. In *Hypochondriacis & Scorbucis* hoc notatu dignum invenitur, quod, qui obnoxii sunt spasmus nervorum, imprimis rami intercostalis & parisi vagi, exinde sentiant hunc affectum, ut in talibus affectibus confirmatis, quando v. gr. Lieni incumbunt, subinde cordis contingat palpitatio; Quare autem hoc fiat, nobis suppeditavit *Celeb. Ettmillerus in Part. II. Oper. Medicorum Theoret. Practic. p. m. 441.* hisce verbis; quod nimur oriatur propter Ramum Splenicum nervum satis insignem tunc spastino corruptum, qui spasmus plexui Mesenterico nervorum communicatus nervum parisi Vagi afficit, quod, uti ad quæcumque viscera interna, ita & copiose ad splenem derivatur, a cuius surculis movetur Cor, & ita afflito hoc Nervo Cor palpitat, id quod etiam ex ipsis libris Anatomicis liquet.

§. XXX. *Motus Convulsior, Spasmodicusque Palpitacionem* Cordis causare posse, ex experientia constat; Hinc non mirum, quod multoties *Epileptici* huncce affectum fuerint experti, quale subjectum Epilepticum, quod simul palpitatione Cordis est comitata, adducit *Platerus Obs. 226.* Hinc non mirum, quod a *Venere* palpitatione sit orta, de quibus pariter *Platerus Pr. T. I. p. 486.* Haec palpitations omnes oriuntur a consensu vellicatorum & irritatorum nervorum. Notum quoque est, palpitationem supervenire *Cardialgia*, de qua *Cardialgia Veteres*, esse morbum ipsius cordis, credidere,

dere, sed minus bene, quia pars affecta ejus est, superius Ventriculi orificium, quod maxime nerveum existit, atque oritur a flatibus in Ventriculo incarceratis partim, partim quoque a particulis acidis, austerioris, maxime corrosivis, utraque autem orificium illud superius afficiunt, arrodunt, vellicant atque pungunt, ubi sit tristis & molesta sensatio atque dolor istius orificii, prope Cor situm habentis, qua irritatione autem facta nervi istius orificii, Cor quoque ipsum affici, atque ad inordinatus motus, uti in palpitatione, disponi potest. Eadem quoque ratio danda est in omnibus, qui nervos spectant, morbis, & ubi Palpitatio Cordis subsequitur. Sic, quando in *Ructibus, flatibus, ipsaque Colica,* variisque intestinorum morbis, quando nempe Viscera abdominis labore afficiuntur, vel vermis laborant, Palpitatio ista oritur, tunc fit ex affinitate ac intima communicatione, quam Nervi splenici cum Cardiacis habent, de quibus & aliis huc pertinentibus legi meretur *Willisi Pharm. Rat. P. I. p. 268.* qui optime de nervorum affectibus & consensu inter se egit.

§. XXXI. Quadam adhuc ex Causis P. N. Palpitationis Cordis Occasionalibus, & quidem *Sanguinem* maxime respicientibus, restant allegandæ. Huc itaque referendæ sunt omnes *Sanguinis fluxiones Naturales, P. N. emanentes & obstruentes;* Sic, quando *sexui sequori menses* emanent atque supprimuntur, tunc non infrequens solet esse palpitatio hæc Cordis, propter sanguinis spissitudinem atque ad Cor regressum; Quando quoque *Lochiorum fluxus* non sufficiens est, aut totus obstruitur, tunc etiam *Palpitatio Cordis* in sequitur. In Viris solet contingere talis Palpitatio, ex suppressione fluxus *Hæmorrhoidalis assuetacti*, ea ex ratione, quia Sanguis isthuc ad excernendum delatus, iterum Circulatorio motu ad Vasa majora ipsumque Cor movetur, & Organum Sanguinis instituit, & per hunc, palpitationem. Et hoc ad palpitationem Cordis facit, quando nimis nimis *Hæmoptysi* vel *Hæmorrhagia Narium* vel quacunque alia p. n. fluxione *Sanguinis* assuetacta laborat, nimio autem Medicamen-

mentorum nimis adstringentium usū istæ supprimuntur,  
atque eadem, sicut in præcedentibus obstructionibus san-  
guinis, ratio erit suppeditanda.

§. XXXII. Absolutis nunc Causis Palpitationis Cordis,  
tam immediatis, quam mediatis, sive antecedentibus, &  
Procatarcticis sive Occasionalibus meum nunc esset, ut  
specialem Prognosin hujus vel illius Palpitationis, an sit per-  
icolosa, an curari possit nec ne? tradam, non nesciens, mo-  
rem istum laudabilem in describendis & explicandis mor-  
bis hucusque receptum. Sed quia intendo, quantum equi-  
dem fieri potest, Palpitationis Cordis medelam, secundum  
eius speciales causas communicare, sic brevitatem amans  
illum laborem una cum Diagnosi speciali in Caput tertium  
sive ultimum pertractandum reservabo.

## CAP. III.

THERAPIAM PALPITATIONIS CORDIS  
EXHIBENS.

## §. I.

**P**ræmissa jam Pathologica explicatione Cordis Palpita-  
tionis, nunc promissi mei memor, me ad Therapiam  
eius ut conferam valdopere necesse est, quia sine hac  
prior tractatio in curandis & medendis morbis est inutilis,  
& nemo Medicus, potest dijudicando morbum, morbique  
causas sciscitando, & producendo patienti illum afferre le-  
vamen, & hinc verissimum est illud: *Morbus non curatur ver-  
bis, sed herbis.*

§. II. Medela hujus Palpitationis Cordis ut eo meliori  
minusque confuso modo succedat, dispescere illam placet  
in Preservatoriam & Curatoriam. Utraque autem desumitur  
ex tribus fontibus; Pharmaceutico nimirum, Diætетico & Chi-  
rurgico. Ex Fonte Pharmaceutico haurienda erunt reme-  
dia Temperantia, Corrigentia, diluentia M. S. & expurgantia, Mo-  
tus Cordis inordinatos placantia, sistentia, illudque roborantia &

D 3

sic

sic porro. Ex fonte Diætetico, quale applicandum conduceat regimen in rebus N. N. Ex Fonte Chirurgico, quidnam huc faciant operationes manuum.

S. III. Curatur autem omnis Palpitatio Cordis, semper ad ejus Causas respiciendo, quibus ablatis, sponte cedit affectus; Sic quando Palpitatio oritur a Pletora, i.e. ubi Sanguis laudabilis p. n. abundat, tunc frustraneum quis laborem suscipiet, si omnia optima remedia Cardiaca, adstringentia, motus sistentia & absorbentia, omnia sanguinem purificantia, & grumescentiam ejus resolventia, uno impetu adhiberet. Potius futurum esset, ut malum durius graviusque reddatur hisce remediis, dum interdum talia remedia in causa sunt, ut lethalis Syncope oboriat. Palpitatio enim in tali statu plethorico, existit eam ob causam, quia Sanguis in nimia copia ad Cor movetur, adeo ut Systole rite peragi nequeat; Hinc etiam nonnulli Celeb. autores hanc posuere Definitionem Cordis Palpitationis; Quod nimurum sit motus Cordis spastico convulsivus, frequentius & fortius quam ordinarie fieri solet, a Natura institutus, ut Sanguinem nimia copia versus Cor latum repellat, vel per certa loca expellat, vid. Nenter. Fund. Med. Theor. Praet. Tom. II. p. m. 385. Hancce definitionem a supra data multum recedere, experunt est? Sciendum tamen, quod tantum pertineat ad statum Plethoricum Sanguineum, ubi nimia Sanguinis copia ad Cor defertur: sic excluduntur aliæ species Palpitationis, quæ nempe privative, & per consensum nervorum ita fiunt, & a me traduntur. Dum itaque Palpitatio Cordis in statu Plethorico sit ob defectum loci, quo se moveri possit, quia Vasa sunt impleta Sanguine, sic frustraneum esset, si sanguinem attenuentia & Resolventia dare quis velit; Nam quo plura adhibeo in tali statu talia remedia, eo majori modo Sanguis augetur: ergo erit præprimis spatium dandum Sanguini, ut se expandere & attenuare possit; Frustraneum, & sane pericolosum esset, si ad tales motus sistendos & consopiendos, statim ad adstringentia, ad Opium properemus, sic sanguis, qui per tales inordinatos

tos motus aliquo modo propellitur, subsistit, & stagnat in Corde, & novo continue facto affluxu Sanguinis torali-  
ter suffocatur: Hinc hæc cautela in Praxi non floccipen-  
denda. Quod autem Palpitatio hæc oriatur a Plethora, ad  
*Signa* ejus respiciendum erit, quæ sunt: Quando tale sub-  
jectum præ aliis habitus est formosioris, floridi, non raro per  
commotiones Corporis, Sanguinis quoque fluxiones e. g.  
Hæmorrhagias narium, subit, & quæ sunt alia, ex quibus fa-  
cillime Sanguinis abundantis præsentia dijudicari potest.

§. IV. Prima ergo indicatio in tali Statu Plethorico est, ad Curandam Palpitationem Cordis 1) *Sanguini ad bene se mo-  
vendum spatum erit faciendum* 2) Hoc facto est diluendum, at-  
que purificandum 3) *Cor & ejus Vasa sunt roboranda*. Primam  
quod attinet indicationem, ut satisfaciam, propinanda  
erit *Vene alicujus sectio*, vel in brachio vel in pede instituen-  
da; Hac enim facta, Sanguinis stagnationi, ejusque impe-  
dito motui, aut præsenti aut imminenti, affertur aliqualis  
medela, ut depleto sanguinis quanto, facilior ejus circulus  
fiat nec tam insigniter aut copiose item in uno loco sub-  
sistere queat; Alii autem probant, quod consultior sit in  
pede, quam in brachio, dicentes, quod *Sanguis a Corde sive*  
*a Centro ad Peripheriam hæc ipsa derivetur*, quod etiam in  
nostro casu possumus instituere, de hac autem certi, quod,  
si nihil juvet, etiam non nocere possit. Aliae interdum  
*Vena sectionis loco*, Sanguinis artificiales evacuationes in-  
stitui possunt, quando adebet magis *Plethora apparens sive*  
*quoad vires*, tunc potest per *cucurbitularum scarificationem*  
*sanguis educi optimo cum successu*. Quin & *hirudinis ap-  
plicatas posterioribus ani venis*, vel etiam *supra Cor*, interdum  
*paroxysmium Cordis palpitationis sedavisse retert Zacut. Lu-  
xitanus lib. 2. Med. Princ. Hist. 39. Obs. 2.* qui præprimis allegat  
Exemplum de Palpitatione, per hirudines supra Cor admoti-  
tas, curata, imo quod maximum, quoque observavit palpita-  
tionem Cordis validam, per scarificatam cucurbitulam  
supra Cor admotam, curatam. An autem Vena sit secan-  
da in Paroxysmo magis, an autem extra illum, de his nihil  
certi

certi &que dici potest, quam ut pro diversitate gradus Palpitationis adhibenda sit, quando nempe gravior existit, & metum suffocationis pra se fert, a terrore vel ira magna proveniens, tunc utique statim est Vena aperienda, ut Orgasmus & impetuosior Sanguinis motus sedetur, & tunc largior, præprimis ubi Plethora adest, instituenda conductit; Quando autem mitior est affectus, non a tanto Orgasmo & impetu Sanguinis, non a terrore & magna ira admissa, non suffocationis metum efficiens, tunc consultius & utilius est extra, quam in Paroxysmo hancce evacuacionem celebrare, cum quandoque secundum illud Hippocratis, *Omnis mutatio subitanea periculosa, Insignium Sanguinis Commotionum Causa autorque existat.* Hoc ipso tamen neutiquam negamus, quod quibusdam Venæsecchio in paroxysmo concelebrata, fuerit proficia, cum Exempla potius eorum reperimus in Horstio Lib. 3. Obs. 16. it. in Fontani Consil. & Rpons. p. 66. Summa quoque omnium adstantium admiracione eam cessasse observavit Hæckledterus in Obs.

S. V. Alteri indicationi nunc satagendum, quo Radix & fomes hujus mali eo melius tollatur & curetur, nimirum, quando aliqua Spissitudo, & impuritas Sanguinis in Plethora adest, tunc adhibito auxilio Chirurgico, dein ad Sanguinem ipsum diluendum & purificandum, est progredendum. Ad quem scopum obtinendum, Pharmacenticus fons est in consilium trahendus, in quo nobis sese offerunt varia primas vias liberantia, & heic adhibenda, v. gr. Rhabarbarum, Senn. Alex. Extract. Helleb. nigr. Pauchym. Croll. Resin. Gial. Seaman. variaque alia, ex quibus sequens Potio purgans præparari potest: R2. Fol. Senn. Alex. S. St. 3*b.* Mechoac. alb. Rhab. el. ana 3*j.* Crystall. Tri 3*b.* Coqu. in f. q. ▽ f. Colat. 3*iv.* v. vel vi. add. Sir. de cib. c. rhab. e pom. Laxat. ana 3*ij.* Majora & fortiora purgantia s. quoque ipsa Vomitoria hic exulant, ob maximum illum motum, quem instituunt Vomitoria. Porro nobis sese offerunt ad spissitudinem sanguinis opprimendam, varia remedia, temperantia, qua inter referenda sunt Θina, cum absorbentibus & Θīs combinanda, fluxiles reddent.

reddentia humores, atque digestiva, porro varia *Extracta*  
amara & *Eff.* atque *TR.* antiscorb. purif. cum *Univers.* *Tonicis*, *Dia-*  
*phor.* & *Alexipharm.* conjungenda nobis ob oculos sese po-  
nunt. In nostro praesenti affectu sequens pulv. temperans usui  
commendatur: *R.* *Spec. Diarrhod.* *Abb.* *3j.*  $\Theta\starci$  depur. *arcan.*  
*dupl.* *Corall.* *rubr.* *ppt.* *ana* *3fl.* *Spec. de hyac.* *Bez.* *Gal.* *ana* *3j.* *M.*  
*F.* *pulv.* *pro pluribus dosibus*, *dosf.* potest esse *3j.* vel *3fl.* *mane* &  
*vesp.* sumenda. Inter hunc pulverem propinanda erit  
*Eff.* quædam *Antiscorb.* *Alexiph.* sequentis tenoris: *R.* *TR.*  
*Bez.* *M.* vel *Rolf.* *3ij.* *Eff.* *Card.* *ben.* *Lign.* *Sasafr.*  $\Delta$  *Cocbl.* *ana* *3j.*  
*M.* *D.* *in Vitr.* *dosf.* *ad gtt.* *40.* & *ultra.* Loco horum Medicamentorum poslunt mille alia egregia antiscorbutica & pu-  
rificantia sanguinem adhiberi, v. gr. *TR.*  $\ddot{\gamma}ii$ ,  $\ddot{\gamma}ri$ ,  $\ddot{\gamma}tis$   
*Zwölff.* *Eff.* *Lign.* *Wed.* *fum.* *Cent.* *min.* *abyntb.* *s.* & *comp.* *chamadr.*  
*chamæp.* *Elix.* *PP.* *variaque alia.*

§. VI. Nunc ad roborandum Cor debemus quoque  
esse attenti, quod omnium maxime fit: *Nervin.* *Cephal.* *an-*  
*tispasm.* *antepilept.* *anodyn.* *analept.*  $\Delta$  *os.* *33nis*, aliisque ro-  
borantibus *Cardiacis*, *aromatibus*; Sic sequentes species  
sunt proficua, *R.* *Rad.* *Chin.* *Zedoar.* *Ir.* *Flor.* *ana* *3fl.* *Herb.* *Me-*  
*liss.* *Beton.* *Salv.* *Rosinar.* *ana* *Mijj.* *Fl.* *4.* *cord.* *Lil.* *convall.* *anth.* *ana*  
*pij.* *Caryoph.* *Cinam.* *Cort.* *Citr.* *Lign.* *al.* *Sasafr.* *ana* *3fl.* *M.C.C.* *D.*  
& adhibeatur ut infusum Thee. Prodest quoque pulverem  
quendam *Nervinum* roboran tem adhibere: *R.* *Spec.* *Diambr.*  
*de hyacynth.* *Diamosik.* *ana* *3j.* *matr.* *perl.* *ppt.* *C.* *C.* *s.*  $\Delta$  *ppt.* *Suc-*  
*cin.* *ppt.* *ana* *3fl.* *M.* *F.* *pulv.* *confortans* & *Cor roborans.* Ad  
variandum sequens *potio* est estimanda; *R.*  $\nabla$  *Meliss.* *Cinam.*  
*Borrag.* *Cydon.* *Cord.* *H.* *S.* *ana* *3fl.* *Corall.* *rubr.* *ppt.* *C.* *C.* *phil.* *ppt.*  
*matr.* *perl.* *ppt.* *Confect.* *alkerm.* *compl.* *ana* *3fl.* *Syrup.* *fl.* *Tunic.* *3fl.*  
*M.* *D.* de qua cochleare unum vel alterum omni hora sumi  
potest; Inter prandendum egregie quoque conductit *MR.*  
quædam, ex  $\Delta$  *os.* *composita*, v. gr. *R.*  $\Theta$  *Vol.*  $\ddot{\gamma}osi$  *Sylv.*  
 $\Delta$   $\Theta\starci$  *Sasafr.* *ana* *3ij.* *M.* De qua *MR.* poslunt sumi  
gtt. *30.* vel *40.* in *Vno* *Generol.* Egregie quoque ope-  
ratur hic  $\Delta$ , quando *Regio Cordis* hoc abstergitur, &  
quando patiens sentit novum paroxysmum, tunc statim

aliquot guttulae per nares sunt attrahenda, siveque frequentissime sponte cessat; Quam ob causam alia *Externa* remedia sunt ad præservandum egregia, hinc *Epithemata* Cordis composita ex herb. & floribus *Cardiacis* in tali casu sunt suadenda; v. gr. R<sub>2</sub>. Herb. *Borrag.* *Bugloss.* *Meliss.* *Salv.* *ana Mj.* Fl. 4. *Cord.* *Cheir.* *Anthos.* *Lavend.* *ana p. 1.* incis. indantur in Syndone rubr. calide cordi imponenda. Cui etiam jure meritoque interdum potest addi aliquid de  $\approx$  in  $\nabla$  apopl. soluta, qua sacculus subinde q. s. irrorari potest; Potest quoque irrorari solo  $\Omega \ominus \star ci$  s. *Rosmarin.* *Balsami* quoque, quibus inungatur Cor, sane non sunt contemnen- di, utpote qui volatilitate sua penetrant, & nervos Cordis roborant, hinc sequens *Balsamus Cordialis* erit dandus: R<sub>2</sub>. *Bals.* *Succin.* 3j. *Cinan.* *Apoplect.* 3B. &  $\Sigma$  *Lign.* *Rhod.* *Major.* *Caryoph.* *ana gtt.* vi. M. inungatur *Scrobiculus Odis*, pulsus & tempora. *Melissa* quoque *Vino irrorata* & externe regioni Odis, vel sola, vel cum *Foliis borraginis* in *sacculo calido* applicata, admodum conducere solet, quale experimen- tum fecit *HELIDÆVS Paduanus* felici successu: *Conf.* *Forestus* l. 17. Obs. 1. *Crocus* quoque ejusque *Essentia* in pal- pitatione Cordis usum habet non minimum, & recte dic- tur de *Croco*, quod sit Cordis laxitia; Interne ejus *Ess.* f. TR. cum *Ess.* *Succin.* vel *Myrrh.* *bals.* vel *Ambr.* *Mosc.* &  $\Omega$  C. C. *succin.* combinata adhiberi potest; Externe autem, si fiat *Nodus ex Croco* &  $\approx$  & in regione scrobiculi Odis suspendatur.

¶. VII. Jam multa valerem Verba facere in præscri- bendis Rémediis & quidem ex Fonte Diætетico desuntis; Quali nimirum regimine *Rerum N. N.* Palpitatione Cordis laborantem oportet uti, ut malum remittat, & remit- tens ab ulteriori invasione præservetur; Sed quia hac de re fusius in Causis Occasionalibus hujus affectus est actum, quanam nimirum ex ipsis Rebus N. N. ad palpitationem faciendam magis, quanam minus concurrent, sic luben- tissime hoc supersedebo labore, quia unusquisque ex ipsis pertractatis ipse potest eruere, quidnam sit vitandum, vel acci-

acciendum, & quidnam præservandi gratia adhibendum  
conducat.

§. VIII. Clarum itaque atque perspectum est ex ha-  
ctenus pertractatis, quod utique ratione *Prognosos*, hic af-  
fectus Curatu facilis sit, nullumque vita periculum imini-  
neat, si talis existit, qualis in antecedentibus §§. hujus ca-  
pitis fuit allegatus, nimirum quando Causam agnoscit *Ple-  
thora* & *spissitudinem Sanguinis*. Eiusdem quoque indolis,  
& ejusdem Medelæ est illa Cordis Palpitatio, quæ a *Ter-  
rore* & *Ira perpetua* oritur, & *Sanguineæ* atque *Plethora*  
constitutionis esse talia subjecta reperiuntur, tunc fre-  
quentissime solet Venæsectio sola adeo affectum huncce  
tollere, ut ne ullis quidem opus habeant Medicamentis, in-  
terim tamen tutiori via progradimur, si adhibeantur qua-  
dam medicamenta ex supra præscriptis post Venæsectio-  
nem, quæ M. S. in circulum eo meliorem deducunt, eam-  
que a cruditatibus & heterogeneis particulis liberam red-  
dunt. Si autem talia subjecta siccioris constitutionis &  
neutiquam *Plethora* sunt, & palpitationem experiuntur,  
tunc Cura aliquo modo aliter est instituenda, quam in an-  
tecedentibus, nimirum Venæsectio in usum neutiquam  
est trahenda, sed potius utramque absolvunt paginam,  
*temperantia*, *absorbentia*, *Olina*, *pulveres Digestivi*, quæ humo-  
res fluxiles reddunt, *Purgantia*, ad primas vias liberandas,  
& deinde quando videmus, *Sanguinem* rite suum circu-  
lum peragere, Palpitatione subsidente, tunc Vena est ape-  
rienda, & tandem Cordis robur & tonus est restituendus,  
roborandus, conservandus, remediis superius traditis. Si  
palpitatio Cordis oritur a *neglectis assuefactis sanguinis evacuationibus*, tunc est indicium certum & prodromus, *sanguinem* excretionem sui querere & promovere velle; Er-  
gò habemus indicationem ad secundam Venam, qua  
Venæsectione instituta, ad secundam & tertiam indica-  
tionem peragendam, cura debet esse directa, ubi eo atten-  
dendum est sedulo, ut sanguis ab omnibus impuritatibus  
purificetur, evacuationes sanguinis assuefactæ certo & ju-  
sto

sto tempore, Præservationis ergo, instituantur, tandemque pars affecta roboretur atque in vigore conservetur. Hac præscripta methodo si utamur, in Palpitatione Cordis, præprimis a Plethora orta, curanda, effectum bonum sine restitucionem speratam infecuturam esse, mihi persuadeo.

§. IX. Ad altioris aliquo modo momenti Palpitationis Cordis species progredior, talesque sunt, quando Pecuniam morbum in corpore humano pro Causa agnoscunt, & in hoc has a prioribus discrepare constat, quod non prius subsistant & curari possint, quam ablatu<sup>s</sup> & curato morbo ut Causa. Et haec causa, sine morbi, sunt vel tales, quibus medicamenta possunt mederi, & sunt ut plurimum, ubi aliae partes organicæ labe quadam vel morbo afficiuntur; vel tales, quibus medicamenta non rite satisfacere queunt, & locum habent in corde ipso ejusque partibus & vasis annexis. Hinc existunt palpitations Cordis in curando graves, graviores & gravissime, pro ratione Causarum, & quarum in Methodo medendi erit habenda ratio, quando auferuntur & curantur, tunc sponte abit palpitatio; In talibus ergo Curis Palpitatio erit consideranda, non ut morbus, sed ut symptoma, proveniens ab aliquo morbo.

§. X. Ea itaque Palpitatio Cordis, quæ oritur a suppressione & obstructione in Viribus, Hæmorrhoidum, in foemellis, Mensium, non prius tollitur, quam sublatis his Morbis; Sic in utroque Casu Venae sectio suadenda, quatenus a nimio sanguine in corpore harente & meatus obstruente, hi affectus oriuntur, tunc in priori Universalia, Alexipharmacæ, Pea, Sialia, aperientia, sanguinemque corridentia remediæ in usum vocanda, qua meatus obstructos iterum apertos faciunt, R. TR. Tri 3ij. Ess. Myrrb. bals. n. Θ★ci succin. ana 3j. M. D. in Vitr. sumantur 30,40 vel ultragtt. Prodest etiam sola TR. & aperit Zwölf. pro ratione subjectorum. In posteriori autem Casu, nimirum in suppressione vel obstructione Mensium, tunc uti possumus Emmenagogis, Uterin. Caſtorinis, Bezoard. Alexiph. & similibus aliis Remediis: R. TR. Tri. Bez. Mich.

*Mich. ana 3i. Eff. Myrrh. bals. Succin. ana 3i. M. D.* Vel potest etiam præmitti potio ista superius tradita purgans, & non raro Venæsectio. Quando hæc remedia fuere adhibita, proficit & sèpius necesse est, Cordis curam cordi habere, ut roboretur, quod fit per remedia superius tradita, *Nervina Reficiens. Cardiaca, atque Tonica.*

§. XI. In Hypochondriaco Malo, & Scorbuto laborantibus si superveniat palpitatio, tunc pariter non prius cessat, quam cessante & sublatto malo Hypochond. vel Scorb. In priori Casu ante paroxysmos vel cum iis percipiuntur murmur subinde & rugitus abdominis, in specie juxta regionem sinistri Hypochondrii, & quando paroxysmo afficiuntur talia subjecta, cor quasi constringi, & cum ambabus manibus comprimi afferunt; Concurrunt nonantquam Vertigines, aliaque abdominis pariter atque Capitis mala, ex anomalo motu nervorum dependentia. Difficilis est curatu totali hic affectus, præprimis si superaccedat Dispositio quædam Naturalis sive Hæreditaria, tunc sèpius usque ad mortem comitari solet; Potest autem hoc malum tolli, sèpius obambulando, & corpus movendo, vitam sedentariam cane pejus fugiendo; Usus infus. Thee, præprimis medicatis, optimus est; Multum debet bibere ejusmodi patiens & parum edere; Prò totali autem Cura hujus mali adhibenda sunt Specif. Antihyp. Hepat. Splenet. Aperitiv. Sanguinem stagnantem resolv. resolutum purificantia, expurgantia: R. Eff. Fumar. S. l. comp. TR. Tri. ana 3j. Cochl. ana 30. M. Quando hæc MR. fuerit adhibita, tunc ipsa purgantia possunt adhiberi, aliaque Cor roboranția medicamenta. Difficiles quoque Curatu sunt Scorbustici, imprimis inveterati, sive totaliter hæreditarii, hinc ex eo quoque oritur gravis Palpitatio Cordis. Scorbuto & superveniente palpitatione laborantes hoc habent peculiare, quod sèpe ad levissimum corporis motum, si v. gr. manum vel brachium movent, paroxysmus palpitationis invadat, & non raro præv. Lipothymia subsequantur; Exemplum ejusmodi palpitationis scorbutica vid. in Horstii Obj. l. 17. obs. 35. p. 380. § 89.

Scorbutus autem haud inveteratus tollitur, temperant. *absorb. pulv. supra* communicatis, specif. antiscorbut. corrigen-tibus, sanguinemque edulcorantibus, & tunc ipsis *ana 3j. 80 gr. Lign. Cent. min.* purgantibus. Sequentem pro hoc scopo, pellendi Scorbutum nimirum, *MRam usui præbemus.* R. TR.  $\frac{1}{2}$  ii *Pris. Eff. Lign. Cent. min. ana 3j. 80 gr. Lign. Safafr. Rhod. ana gttij. M. D.* in Vitro. Adhib. ut antec. Post hujus usum posunt propi-nari ipsa Vomitaria & purgantia, quæ autem statim in initio, ubi metus Scorbuti adest, antequam aliquid adhibeatur de Medicamentis, ut dentur, consultius foret.

§. XII. In *Epileptics Invasionibus*, quando accedit Palpitatio Cordis, tunc iste morbus est tollendus *Rescipient. apoplect. Nervin.* Antepil. *Onosis* ipsis, superius fusiori modo de-scriptis; In *passione Hysterica* quoque, *Cardialgia. Colicæ variis speciebus. Spasmod. & Arthrit.* affectibus haud infrequentem esse palpitationem vidimus, Hinc isti affectus sunt curandi variis specif. nervinis remediis partim in anteced. pertra-ctatis, partim quoque ex aliis libris aliorum autorum Practicis eruendis, ob brevitatis studium hic non allegatis, & sic curatur talis Palpitatio Cordis.

§. XIII. Nunc ad eas Palpitationes Cordis q. f. p. cu-randas me accingo, quarum nimirum Causa latet in *ipso Cor-de*, & sunt ut plurimum *difficillime*, vel plane *nullæ curationis*, quatenus nimirum malum in Corde vel est in Fieri vel in *Facto*, s. *inveterato*; In Fieri potest cura apportari; In Facto autem & inveterato malo nonnisi *Cura Palliativa* locum in-venit. Palpitatio Cordis est incurabilis fere, quæ à *Vermibus Cordis* oritur, de quibus supra dictum est, quod affectus valde sit rarus, tamen autores Practici eum observarunt & Medicamentis quibusdam curarunt; Medicamenta con-tra tales Vermes, & symptomata talium agrotantium *viz. in Gabelchovero Cent. 3. Curat. i.* Hoc in *Diagnosi* habent præ cæteris peculiare, quod patiantur palpitationem Cordis subinde recurrentem sine manifesta causa; Sentiunt maximas rosiones & vellicationes, puncturas & dolores, præsertim in interiore pectoris loco, ubi situm est Cor.

Ratione

Ratione Prognoseos ejusmodi subjecta interdum experientur *Lipothymiam*, interdum quoque *Epileptica convulsiones* haud defunt, ob maximam irritationem, quam genus nervosum patitur, *Syncope* corripiuntur, & non raro moriuntur, facies paltet, agri inquieti sunt, ob maximam circa praecordia anxietatem, pulsus est intermitens & intercurrentis, & similia adsunt symptomata, quo de vid. Forest. l. 2r. Obs. 26. in Schol. Parcus l. 1. Cont. 3. Schenkius l. 2. Obs. 194. Medicamenta, qua in hoc affectu prosunt, sunt *z. rialia*, *succus alii*, *rapban*, *rufican*. *& nasturt.* eorumque *infusa*, de quibus vid. *Praxis Chymiatr. Hartmanni*, qui curavit eum per  $\ominus$  dictam. & tanacet. item per *z. viv.* ejusque *infusum*. Petrus a Castro, Medic. Veron. curavisse dicitur eum Vermem per solum *succum Scabios*. Interdum potest in *jusculis hæc Scabiosa* excoqui, s. in *decoctis & syrups*, ex ea factis, potest propinari. Vid. etiam Petri a Castro Tract. de Pest. Neopolit. Rom. p. 137. & 138. Lowerus Tract. de Cord. p. 107. *Cataplasma externum contra vermem pericardii expertum commendavit ex foliis Cinar.* Tanacet. abs. vulg. aceto *Vui* incoctis, mixtisque cum paucō *Mithridatio* compositum, & regioni *Cordis* imponendum.

§. XIV. Prosunt quoque in hoc affectu *Cardiaca*, in superioribus tradita, remedia, omniaque *amara* & *succinata* contra *Vermes* sunt, sic sequentem compono MR. R $\ddot{z}$ . E $\ddot{s}$ . Myrrb. bals. absynth. compos. ana 3*fl*. Succin. 3*fl*. Caſtor. 3*fl*. M. D. in Vitr. sumantur gtt. 30, 40, vel ultra. Interim tamen semper eo in tali caſu attendendum est, quo M. S. purificetur, primæ *Via* per purgantia libera maneat, & sic aliquo modo Vermium Cura institui potest.

§. XV. Palpitatio *Cordis*, ex  $\nabla$ . *Pericardii* abundantē, *Calculis*, *Polypis*, *vasorum pulmonarium obstructionibus*, variisque *Cordis excrecentiis* proveniens, *Coronidis* loco nunc inquirena restat. Horum autem affectuum signa Diagnostica sunt pauca & admodum fallacia, interdum tere nulla adſunt. Pulsus non est adeo magnus, nec adeo vehemens, aut concitatus, cum Cor in impedita Capsula moveri nequeat, affectus redditur contumax & pertinax; Conjuncta in

in singulis simul est febricula, Hectica non absimilis, accedit successu temporis totius corporis tabes, spirandi difficultates, summae anxietates circa praecordia, & hinc maxima agrypnia, & tunc mors in olla deprehenditur. De Abundantia  $\nabla$  in pectore superioris aliquid dictum fuit, quod raro sit curabilis, propterea, quia neque dissolvi neque discuti possit secundum Galenum; Possumus autem, quando talis Hydrops Pectoris est in fieri, aliquo modo levamen afferre, affluxum nimirum ulteriore ad Cor impediendo, detrahendo, quod sit Venesectione, in pede derivandi scopo instituenda; Purgant. Hydrag. & reis, & alibus, absorb. Diuret. Imprimis abstinere convenit a nimio usu cibi potusve: Cibos sibi eligat sicciores, non jusculis multis debet uti; Quippe quæ M. S. nimis diluunt &  $\nabla$  producunt. Quid autem sit sentiendum de Consil. Rioloni in Anatom. sua lib. 3. Cap. 4. dato: quod nimirum tali in casu, ubi sit Hydrops Pectoris in veteratus, Sternum esset perforandum, eo in loco, ubi capsula pericardii ei adnascit, & sic  $\nabla$  am contentam extrahendam esse. De hoc autem Consilio censet Cel. Mich. Ettmüller. in Tom. II. in Oper. supra laud. p. 439. Quod sit magis Theoreticum quam Practicum.

§. XVI. Polypus Cordis & Calculi, jam dum in facto existentes, sunt sane Medicorum scandala plana, quia indicantia deficiunt & tere nonnisi post mortem ipsorum præsentia dijudicatur: Si tamen Curam instituimus, nonnisi palliativa erit, ulteriorem pariter affluxum & cumulationem particularum  $\varpi$  earum, viscosarum &c. impediendo, quod sit in Plethoraicis Venesectione, in aliis autem per purgantia, & sanguinem purificantia, Cardiaca, & externe applicanda Remedia discentientia in tali casu egregia sunt; Spirituosa vero fugiat, præprimis  $V$  voloris conditionis, per hoc enim cruditates, imprimis in debilioribus augentur, & creatur; Et in omnibus Rebus N. N. semper media via incedendum est, quæ in hoc consistit: Ne quid nimis, ne quid minus.

§. XVII. Et hæc sunt, quæ de Palpitationis Cordis Pathologia, ejusque Therapia pro ingenii mei modulo differere potui,

potui, si quis esset, qui fusiorem curam & pertractationem, de hisce complicatis affectibus, palpitationem Cordis saepissime inducentibus, desideret, illi promitto, me, Deo præbente occasionem, ejusmodi desiderio pro viribus satisfacturum; Deo interim Optimo Maximo, ex intimi Cordis penetralibus, sit & debeatur Laus, Honor & Gloria, qui sua huic labori benedixit clementia, ut non solum felix inchoari, sed & multo felicior imponi potuerit.

## F I N I S.

**F**elix est Medicus, sed non mendicus in arte,  
Omnia qui ponit munera sollicitus,  
Aegros quo socios læta valetudine donet,  
Sicque citò tutò cura peracta venit.

Tu, mi Cognate, qui dicere nomine (\*) LVDOLFF,  
Auxilium præsens semper ades hominum;  
Hinc non immerito faustum Te dicere possum,  
Præcipue quoniam nomen & omen habes.

(\*) Cognomen *Ludolffii*, jam per orbem literariorum clarissimum, alias germanice exprimi solitum ēuentus-Hülf / optimè responderet officio boni Medicis, quippe cuius præcipua in eo ponitur cura, ut sanitatem, tanquam pretiosissimum pignus, hominibus restituat.

*Paucis hisce Nob. Domino Doctorando, Cognato suo honoratissimo gratulari voluit,  
debuit*

**GEORG. VOLCMAR. HARTMANNVS,**  
Philos. & Med. Doctor, Practicus  
Erfurthensis.

F

Non

**N**On pridem Sophiæ cui sunt data jura Magistri,  
 Hujus nunc lauro cingit Apollo comas.  
 Felix, in gemino, qui sic excellit, honore,  
 Cuīque novum accingit sedula Musa decus.  
 Inde TIBI titulos, LVDOLFFI! gratiolor: Opto;  
 Ulterius veniant prospera quæque TIBI!  
 Pergito trita TVI vestigia sumere PATRIS,  
 Sic eris Hippocratis, digna propago, Senis.  
 Sis Tuus: Arte refer stabili & virtute PARENTEM,  
 Nec majus cupimus, nec dare majus habes.

Ita

Nobiliss. ac Clariss. Domini Doctorandi, Cognati  
 sui honoratissimi, honoribus meritissimis  
 applaudit, Ipsique prosperos rerum successos  
 fuis ex animo appreccatur,

**ANDREAS ELIAS Büchner,**  
 Philos. & Med. Doct. Pract. Erfurt. Acad.  
 Nat. Curios. Collega.



80 A 6421  
f




11. 11. 2011 TA -> OL  
verknüpft

R

VD 17





10 29.

D. B. V.  
 DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA  
 EXHIBENS  
**PALPITATIONIS**  
**CORDIS**  
 PATHOLOGIAM ATQVE THERAPIAM,  
 QVAM,  
 IN ALMA AC PERANTIOVA HIERANA  
 RECTORE MAGNIFICO VNIVERSITATIS  
 AC PRO - CANCELARIO,  
 REVERENDISSIMO ET PER - ILLVSTRI DOMINO,  
 DOMINO  
**CHRISTOPHORO IGNATIO**  
**DE GVDENVS,**  
 EPISCOPO ANEMORIENSIS,  
 EMINENTISS. ARCHI-EPISCOPI, ET PRINC. ELECT. MOGVNT. PER THVRINGIAM,  
 HASSIAM ET EICHSFELDIAM IN PONTIFICALIBVS VICARIO GENERALI, CON-  
 SIL. ECCLES. SIGILLIFERO ET SVFFRAGANEO ERFORDIENS, J. V. D. INSIGN.  
 ECCLES. COLLEG. AD S. SEVER. CAN. CAP. ET SCHOLAST.  
 CONSENSV ATQVE AVTORITATE GRATIOSI MEDICORVM  
 ORDINIS  
 SVB PRÆSIDEO  
**DN. HIERONYMI LUDOLFI**  
 PHILOSOPHÆ ET MEDICINÆ DOCTORIS,  
 CONSILIARII ET ARCHIATRI ELECT. MOGVNT. FAC. MED. ET PHILOS. ASSESS.  
 ORDIN. N. N. CHYMIA ET MATHEM. PROF. PVBL.  
 DOMINI PARENTIS ET PRÆCEPTORIS SVI OMNI FILIALI AMORE  
 ATQVE HONORE NVNQVAM NON PROSEQVENDI,  
 PRO LICENTIA  
 SVMMOS IN ARTE MEDICA SALVBERRIMA HOHORES AT-  
 QVE PRIVILEGIA DOCTORALIA MORE RITVQE MA-  
 JORVM SOLENNI CONSEQUENDI,  
 PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI ATQVE VENTILATIONI TRADET  
 AVTOR ET RESPONDENS  
**HIOBVSV PHILIPPVS LUDOLFI Erfurt. Philos. Mag.**  
 DIE VII. JANVARII ANNI M DCC XXVII.  
 IN AVDITORIO MAJORI COLLEGII MAJORIS HORIS CONSVETIS.